
DECISIONES
PER TITVLOS DIVISAE.
SIVE EPITOME
DECISIONVM
IACOBI PVTEI
OLIM ROTAE AVDITORIS
POSTMODVM S. R. E. CARDINALIS.

Nunc primum varijs collatis exemplaribus emendatiſsime editæ.

In margine breuiter indicantur maiores deciſiones vnde iſtæ deſumptæ ſunt.

CVM PRIVILEGIIS.



ROMAE, Ex Typographia Cameræ Apoſt. M.DCXII.

AVTHORITATE SVPERIORVM.

FRANCISCVS RVBEVS
IN ROMANA CVRIA ADVOCATVS.

Ad Lectorem.

VVLGO, in Romana prçſertim Curia, manuſcriptę circumferuntur ſub nomine PVTEI deciſiones ſuccintæ ac breues, per titulos, inſtar iuris Canonici diuiſæ, quæ ſæpe etiam ad cauſas dirimendas allegari ſolent. Earum fructu nolui te carere. quamobrem, poſt maiores deciſiones eiuſdem PVTEI, multis vndique conquiſitis exemplaribus, emendatiſsimas imprimendas cenſui. Præter hanc autem diligentiam, illa acceſsit non minor, vt in margine breuiter indicarem fontes maiorum, & copioſiorum deciſionum, vnde quælibet in epitomen redacta, deſumpta fuit. Et hoc quoque labore, ad ſtudia tua legalia iuuanda, vtere feliciter. Vale.

INDEX TITVLORVM.

APpellationibus. fol. 1
Allegatione Lapi. 3
Attentatis. 103
Cauſa poſſeſſionis & proprietatis. 4
Conceſſione præbendæ, & materia expect. & Decret. 6
Confeſſis. 13
Confirmatione vtili. 13
Conſtitutionibus. 14
Conſuetudine. 17
Ceſſione actionis. 17
Decimis, Primitijs, & Oblationibus. 18
Decreto irritanti. 18
Dilationibus, & Remiſſorijs. ibid.
Diſpenſationibus. 20
Dolo, & Contumacia, & Exequutione citationis. 21
Donationibus. 22
Aegidiana. 22
Emptione, & Vēditione, ac Euictionibus. 23
Exceptionibus. 23
Expenſis. 24
Feudis. 24
Fide inſtrumentorum. 25
Filijs presbyterorum. 28
Fructibus, Damnis, & Intereſſe. 28
Foro competenti. 29
Iudicijs. 29
Iureiurando. 36
Iurepatronatus. 37
Locato, & Conducto. 41
Officio Delegati. 42
Officio Vicarij. 42
Officio Ordinarij & Legati. 43
Penſionibus. 44
Pœnis. 44
Præbendis, & Reſeruationibus, & materijs beneficialibus. 47
Præſcriptionibus. 56
Præſumptionibus. 56
Priuilegijs & Indultis. 57
Probationibus. 63
Procuratoribus. 65
Qui filij ſint legitimi. 68
Rebus Eccleſiæ non alienandis. 69
Regreſſibus. 70
Re iudicata. 71
Regularibus, & materijs Religioſorum. 74
Regulis Cancellariæ in genere. 74
Regula de Valore. 75
Regula de Menſe. 76
Regula de Publicandis reſignationibus, & acceptationibus. 76
Reg. de Vacantibus per obitū familiariū. 77
Regula de Iure quæſito. 77
Regula Reuocatoria Vnionum. 78
Regula de Impetrantibus certo modo. 78
Regula Quod non iudicetur iuxta formam ſupplicationis. 79
Regula Quod non valeant commiſſiones. 79
Regula de Annali. 79
Regula de Trienniali. 80
Regula de Subrogandis. 80
Regula Octo menſium. 80
Regula de Veriſimili. 81
Regula de Infirmis. 81
Renunciationibus, & rerum Permutationibus. 82
Reſcriptis. 86
Reſtitutione in integrum. 86
Reſtitutione ſpoliatorum. 89
Sententia excommunicationis. 94
Sequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum. 94
Simonia. 94
Solutionibus. 95
Sponſalibus, & rebus matrimonialibus. 96
Teſtamentis. 97
Teſtibus. 99
Tranſactionibus. 100
Vnionibus. 102
Vſuris. 103
Vt lite pendente, & de Attentatis. 103

IACOBI PVTEI DECISIONES PER TITVLOS DISTINCTAE.

De Appellationibus.

DECISIO I.

PROROGATIO fatalium facta in primo anno, incipit a fine biennij. Ita in vna * Abulenſi receptionis in hoſpitem, coram Domino Iacobo Puteo vndecima Decembris 1542.

* decis. 385. lib. 2.

DECISIO II.

DEſerta appellatione, quis non attentat ingrediendo poſſeſſionem. iuxta deciſ. 1. de appell. in nou. Ita in cauſa Biſuntina canonicatus, coram Domino Maceratenſi 5. Martij 1543. Dictum tamen fuit, quod erat nulliter factum. Allegatur Franc. in c. non ſolum. §. illa vero de appellat. lib. 6. gloſſ. in c. quãuis de reſcrip. in 6. Villadieg. delegat. quæſt. 14. Cardin. conſ. 29. Imol. & Aret. in l. qui a latronibus. §. 1. de teſtam.

DECISIO III.

PRocurator habens mandatum ad defendẽdum cauſam, & cauſas motas cõtra ipſum conſtituentem, poteſt appellare, ſed non proſequi. etiam ſi in mandato ſit clauſula cum libera adminiſtratione. Biſign. 2. de procur. Rot. 21. de procur. in nou. Milis in verbo. procuratoris mandatum finitur. Ita in cauſa * Bononienſi de Monte maiori inter Cardinalẽ de Gambara, & Angelũ Catalanum, coram Mareſcoto 27. Februarij 1542.

* decis. 265. lib. 1.

DECISIO IV.

QVando dantur teſtimoniales, quis habet annum ad committendam cauſam. Ita in cauſa * Fauentina parochialis de Caſſinicho, corã Io. Paulo 27. Ianuarij 1546. Facit c. perſonas. eod. tit.

* decis. 361. lib. 2.

DECISIO V.

APpellatione interpoſita a diffinitiua, ſi nõ detur cedula infra tẽpus, cauſa dicitur deſerta: etiam ſi ſint dati reuerentiales. quidquid dicat deciſ. 54. de appellat. in nou. & Franc. in c. vt debitus. de appellat. col. 2. quæ procedunt in appellatione ab interloquutoria. vt in cauſa * Gerundenſi Camerariæ, coram Roſſanenſi. 24. Febr. 1548.

* decis. 102. lib. 3.

DECISIO VI.

APpellatio fuit habita pro deſerta, ex quo Frãciſcus Telez ſtetit vigintiſeptẽ dies antequã redimeret cõmiſſionẽ à Curſoribus. nõ obſtãte quod infra decẽ dies fuerit præſentata Regenti, & appoſita manus à tergo. Ita in cauſa * Giennenſi ſcholaſtriæ, inter D. Franciſcum, & Io. Solanum, coram Peregrino 15. Februarij 1546.

* decis. 379. lib. 2.

DECISIO VII.

IVdex cauſæ appellationis non poteſt canonizare nouum ius, puta ceſsiõnem mihi factam per tertium, ſed tantum habet declarare, an bene, vel male fuerit appellatum. Niſi ſit commiſſa cauſa appellationis & negotij principalis, vel alias, quicquid dicat Rot. 23. de re iudic. Ita in cauſa * Giennenſi ſcholaſtriæ, coram Proſpero, 24. Nouembris 1544. Fuit tamen dictum quod videretur de bono iure. Felin. in c. cauſam. col. 2. de re iudic.

* decif. 180. lib. 2.

DECISIO VIII.

APpellatus non poteſt procedere in curia contra appellantem, niſi eo citato in partibus. vt infra de iudic.

DECISIO IX.

SEntentia nulla, excuſat a lapſu fatalium ſi non eſt notorie nulla. Ita in cauſa * Ouetenſi canonicatus coram Puteo, 29. Ianuarij 1546. inter Aluarum Solis, & Fortunium. Allegatur text. in l. ſi vt proponis. la 1. C. quomodo, & quando iud. & l. iudex poſteaquam. de re iud. & ibi Ang. Quia perijt nedum iuriſdictio, ſed etiam inſtantia. Iaſ. in l. contra maiores. in fin. C. de inoff. teſtam. Non obſtat cõſ. Alex. 59. vol. 4. col. 2. quia loquitur quãdo fuit nulla ex defectu iuriſdictionis. & quando fuit pronunciatum poſtquam erant iam lapſa fatalia.

* decif. 364. lib. 2.

DECISIO X.

APpellatio extraiudicialis, etiam intimata ante commiſsionem cauſæ, non inducit litis pẽdentiam ad effectum ſubrogationis. Ita in cauſa * Palentina Canonicatus, coram Reomano, 2. Martij 1548. inter Simonem Acciaiolũ, & Antonium Romeriũ,

* decif. 108. lib. 3.

DECISIO XI.

TEmpus appellationis incipit currere a tempore quo quis veriſimiliter potuit committi facere cauſam appellationis in Curia, quando quis appellauit in partibus ab intimatione exequutorialium. Et ſic limitatur Clem. ſicut. de appellat. quæ dicit, tempus currere a die interpoſitæ appellationis. iux. not. per Lanfranc. in c. quoniam contra. de probat. in tract. de interloquutorijs. circa fin. verſ. pro complemento, & per Brun. in verb. appellationis fatalia. in 3. vol. Ita in cauſa * Hiſpalenſi. decimarum, coram Puteo, 10. Octobris 1544.

* decif. 147. & 150 lib. 2.

DECISIO XII.

CLauſula. Appellatione remota. nihil operatur in litteris conqueſtus, & ſimilibus, cum paſſim, & ſine cauſæ cognitione concedantur. Ita in cauſa * Hiſpalenſi dona Dei 6. Nouembris 1545. coram D. Epiſcopo Veſtano.

* decif. 119. lib. 2.

DECISIO XIII.

COmmiſſio cauſæ appellationis quatenus contra, & pro partibus contra eum facientibus, non iuuat alteram partem quæ cauſam non commiſit. Ita in cauſa * Venetiarum matrimonij, coram Nouato, inter Io. de Maiolenis, & Iſabellam de Riua 24. Februarij. 1548. Allegatur doctrina Franchi in c. ſi duobus. de appell. col. 3. verſ. ſed quæritur primo.

* decif. 101. lib. 3.

DECISIO XIV.

APpellari poteſt a Vicario ad Epiſcopum, a ſententia interloquutoria. Ita in cauſa * Toletana fructuum, coram Puteo, de menſe Nouembris 1546. Allegatur Franc. in c. 2. in vlt. notab. & ibi Geminian. poſt Lap. col. 2. de conſuet. in 6. Franc. in c. dilecti. 3. de appellat. col. 9. verſ. duodecimo. quæritur.

* decif. 491. lib. 2.

DECISIO XV.

QVando iudex non reperitur, ſufficit facere diligentiam in domo Auditoris, & petere teſtimoniales a Notario ſibi concedi, dimittendo ei cedulam appellationis. Ita tentum eſt in cauſa Sancti Andreæ, canonicatus & præbendæ, coram Ranellenſi de menſe Maij 1545. inter Dauid & Georgium. Et allegabatur pro deciſione c. biduum. §. adeundi. 2. q. 6. & Rot. de appellat. 50. & Caſſador. 8. de appell. Qui ponderat, ex quo iſte redijt die ſequenti. In contrarium dicebatur, quod debuit appellare coram Notario. quod non erat factũ, ſed tantum petiti erant Apoſtoli. licet ſibi eſſet dimiſſa cedula appellationis. Et allegatur tex. in c. paſtoralis. in fin. de offic. Ordin. Abb. in c. fin. de appell. in 3. not. & ibi Franc. in 6. col. verſ. decimo quæritur. ad fin.

DECISIO XVI.

APpellatio extraiudicialis legitimæ intimata, facit beneficium litigioſum, & deuoluit negocium ad curiam. Ita in cauſa * Salamantina portionis, coram Fabio 11. Octobris. 1546. Allegatur deciſ. 23. de

* decif. 463. & 505 lib. 2.

de appellat. in nou. & Alexandr. in c. bonæ. de appell. vbi late. Sed vide in contrarium Caſſad. deciſ. 1. de appell. in fin. & 69. eod. tit. in antiq. Quia tamē appellatio non fuit legitime intimata, die 28. Ianuarij 1547. tentum fuit, appellationem non deuoluere, etiam appellato tacente, & non contradicente. Et multa allegata fuerunt ad probandum, quod vltra appellationem extraiudicialem, requiritur quod cauſa committatur. Et ita declaratur per Ægid. deciſ. 520. & 521.

De Allegatione Lapi.

DECISIO I.

Possessio triennalis auctoris, nō eſt neceſſario probanda, quādo alter de titulo non docet ex perſona alterius. Ita in vna * Abulenſi, coram Peregrino. 28. Nouemb. 1544.

* deciſ. 181. lib. 2.

DECISIO II.

Retroceſſio non præſumitur, iuxta allegationem Lapi, ſi poſt porrectam ſupplicationem, reſignans ſuperuixerit triennio, & poſtea eo mortuo præſtetur conſenſus. Ita in cauſa * Aſtoricenſi parochialium, & beneficij, coram Domino Auguſtino. 27. Februarij. 1548.

* deciſ. 105. lib. 3.

DECISIO III.

Allegatio Lapi non habet locum ſi quis reſignauerit in Titiū reſeruato regreſſu, & idem reſignās ſecundo reſignaſſet, etiam reſeruato regreſſu, in Semproniū, qui obijt, & alius fuit prouiſus per obitum, & dabat de allegatione Lapi, quia Titius triennio poſſederat. Fuit dictum, quod dicta allegatio, loquitur in immediato poſſeſſore. Ita in Carthaginienſi canonicatus, coram Fabio. 16. Martij. 1545. Quia tamen poſtea alter habebat impetrationem etiam per obitum Titij, fuit dictum quod erat locus dictæ allegationi Lapi, 24. Aprilis. 1545.

DECISIO IV.

Allegatio iſta non habet locum quando anteceſſor fuit ſpoliator violentus. vt in vna Conchenſi, de Las Luenas * coram Fabio. 3. Martij. 1546. inter Dominum Thomam Vaſquez, & Petrum Sarmiento.

* nō reperi iſtam deciſionē, ſed vide deciſ. 411. lib. 2. quæ videtur cōtrariā decidere.

DECISIO V.

Allegatio Lapi non procedit, ſi poſſeſſor triennalis decedat quarto anno ſuæ poſſeſſionis, ſi ego habebam prorogationem ad annum. Ita in cauſa * Valentina præpoſituræ menſis Decembris, coram Auguſtino, inter Cardinalem de Mendoza, & Albertum Iulium. 5. Nouembris. 1548. Allegatur conſ. Pauli de Caſtro. 116. incip. ſi conſideremus, * vbi quod tempus prorogatum, eſt idem. Item, quia regula, & allegatio Lapi æquiparantur in multis. vt per Sarnen. quæſt. 16. in regul. de trien. & Caſſad. deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. 2. & 3. ſuper * regul.

* deciſ. 174. lib. 3.

* hodie eſt conſ. 389. lib. 1.

* voluit allegare deciſ. 2. & 3. ſuper regul. de triennali. quæ eſt deciſ. 7 & 8. ſuper reg. Cācellariæ in ordine.

DECISIO VI.

Allegatio iſta non procedit, ſi ille qui poſſedit, ſpoliauerat reſignatarium. vt per Caſſador. deciſ. 5. de reſtitut. ſpoliator.

DECISIO VII.

Cvm Cardinalis Tranenſis haberet regreſſum qui dicebatur inualidus, & illo non obſtante, Mauritius poſſediſset per annos octo, & mortuo Mauritio fuiſſet prouiſus Marcus Antonius de Prudentibus, qui dabat de allegatione Lapi. & Cardinalis vellet agere ex priori titulo, quia ſtante nullitate regreſſus, primum ius remanſiſſe integrum ipſi Cardinali, ſtante inualiditate regreſſus. Fuit tentum, dictam allegationē obſtare Cardinali. ex quo etiam ſi agere voluiſſet contra Mauritium, ipſe poterat dare de regula de triennali. Ita in cauſa Sabienēſi Archipresbyteratus, corā Auguſtino 29. Octobris. 1548. inter Marcum Antonium, & Cardinalem præfatum. Allegatur quod licet ſucceſſor non vtatur acceſsione ſui auctoris, tamen hoc non procedit quādo ſucceſſor habet ſuum titulum. quia tunc poteſt excipere de iure ſui prædeceſſoris, vt per Rebuff. de pacific. poſſeſſ. num. 158. pag. 27. Et ita refert Simonet. in quibuſdā ſuis notis. Vide Pariſ. in hac materia, conſil. 96. in 4. volum. dum dicit, quod allegatio iſta non procedit quando poſſeſſor erat familiaris, nec Ordinarius poterat eum viſitare.

Aduerte etiā in caſu iſtius deciſionis quod nō videtur procedere, ex quo ceſſat ratio viſitationis. Ordinarius enim videbat bonum titulum, ex quo ignorabat regreſſum. Sed reſponderi poteſt ad hoc, quod idem eſt quando poſſeſſor haberet titulum ab Ordinario vel a Papa, poſterioris Datæ quam ego haberem, quia Ordinarius non habebat ſcientiam mei tituli. Vide deciſ. Mohedani. 119. & 120. * & ibi quæ notaui in fine.

* eſt deciſ. 18. & 19. de renunciat.

DECISIO VIII.

Svcceſſor tenetur iuſtificare titulum reſignantis adhuc viuentis, de quo conſtabat

in actis, ſed non erat in forma probanti. Ita in cauſa * Salamautina, parochialis ſancti Michaelis, coram Puteo, 28. April. 1542.

* decif. 332. lib. 1.

DECISIO IX.

CVm eſſet facta ceſsio in fauorem Congregationis Camaldulenſium, per Laurentiũ de Balneo, reſeruatis fructibus. & mortuo Laurentio, Epiſcopus ſancti Sepulchri impetraſſet per obitum Laurentij, & daret de allegatione Lapi; Monaſterium reſpondebat, quod licet Laurentius poſſederit, & ſoluerit ſalarium capellanorum, fecit quia ad id tenebatur propter reſeruationem fructuum. & etiam ſi probata fuiſſet fama quod reputabatur pro Rectore, orta erat propter id. & ipſi paſſi non erant quod reputarentur, & ceſſabat præſumptio retroceſſionis. ex quo quolibet anno ipſi in generali Congregatione, deputabant Priorem dicti Monaſterij. licet talis Prior nihil faceret, ex quo Laurentius erat dominus fructuum. Rota die 27. Octobris 1542. in cauſa * nullius, Monaſterij S. Mariæ de Balneo, coram Ioanne Paulo, inter dictas partes, tenuit non eſſe locum allegationi Lapi. Et credo motam fuiſſe præcipue, quia ceſſabat præſumptio retroceſsionis.

* decif. 332. lib. 1.

DECISIO X.

ALlegatio huiuſmodi, habet locum ſi poſtquam extraiudicialiter appellaui, antequam tamen committerẽ cauſam, reſignaui beneficium. & reſignatarius meus poſſedit per triennium, ac mortuus ſit. etiam quod poſt reſignationem fuerit litigatum inter me & alium. ex quo meus reſignatarius nõ erat in lite huiuſmodi. Ita * in cauſa Salamantina portionis coram Fabio, de anno 1546. Immo in dicta cauſa, reſignans, poſt reſignationem, obtinuit virtute commiſsionis mandatum exequutiuum contra Thomam de Las caſas. vti ſpoliatorem. & recuperauit poſſeſsionem quam dimiſit reſignatario prædicto. Deinde litigauit cum Alphonſo Maldonado. Habes factum in quadam informatione. & habes plures alias reſolutiones ſuper hoc. Sed aduerte ad factum 26. Martij 1544. vbi fit fundamentũ, quod non dabatur de allegatione Lapi cõtra Thomam, qui fuerat ſpoliatus. Si enim ipſe egiſſet, non potuiſſet excipi contra eum de allegatione Lapi, nec de regula de triennali. Allegatur Samenſis quæſt. 12. de triennal. column. 4. in fine. Ex quibus dictis limitantur alia quæ dicta fuerunt per eum, in quæſt. 41. eiuſdem regulæ.

* decif. 411. lib. 2.

De Cauſa Poſſeſsionis, & proprietatis.

DECISIO I.

CVm duo eſſent ſubrogati in ius Anguiani, & ſecundo ſubrogatus haberet breue de immittẽdo in poſſeſſionem, ac bullas, cum clauſula. amoto. &c. & vellet procedere exequutiue in iudicio adipiſcendæ, iuxta c. paſtoralis. hoc tit. & impugnaret ius poſſeſſionis. Fuit reſolutũ quod procederet via ordinaria. in cauſa * Calaguritana Archidiaconatus, coram Thanis, 21. Aprilis. 1542.

* decif. 294. lib. 1.

DECISIO II.

POſſeſſio fundi, non quæritur per expulſionem colonorum de domo, ſi non expellantur etiam de fundo. Quia licet capta poſſeſſione partis, intelligatur capta de toto, hoc procedet ſi totum erat vacuum. Hic autem colonus remanſit in fundo, vel in area. ergo &c. Ita in cauſa * Ceſenatenſi. poſſeſſionis & bonorum, coram Proſpero, de menſe Martij. 1544. Requiritur enim expulſio. vt per Alexand. in l. peregre. §. quibus. de acquir. poſſeſſione. Quia malignitas coloni non debet nocere domino. l. fin. C. eod. tit. Fundatur deciſio in textu. in l. quod meo. §. fin. de acquir. poſſeſſ. & in doctrina Alexandri l. 3. in princ. eodem titulo. col. 5. nu. 19. & column. 8. nu. 28. verſic. item in quantum vidiſtis. faciunt not. per Alexand. in d. §. quibus. & in l. ſi colonus. eod. tit. Vbi diſtinguit, an vere vel ficte colonus tradat poſſeſſionem. Hic autem conſtat quod ficte fecit, propter locationem ſtatim ſibi factam. Facit deciſ. Afflict. 325. quem vide. Et cogita an hoc procedat quando de mandato iudicis quis intraret.

* decif. 227. lib. 2.

DECISIO III.

POſſeſſio data per ſeptem canonicos, atteſtante Notario quod illi faciebant Capitulum, non eſt bona. ex quo conſtabat in Eccleſia fuiſſe viginti duos canonicos. & ſic Notarius male iudicauit. & ideo poſſeſſio non fuit bona. Non obſtãte conſ. Oldr. 100. & doctrina Abbat. in cap. 1. de ſynd. quia bene creditur Notario in dubio, & in non arduis. ſed hic conſtabat de contrario. Ita in cauſa * Coimbricenſi canonicatus, coram Peregrino. 15. Octobris. 1546.

* decif. 465. lib. 2.

DECISIO IV.

CApta poſſeſſione hoſpitalis, nõ in hoſpitali ſeu Eccleſia, ſed in ędibus tantum dicen-

dicendo tamen quod capiebat poſſeſſionem hoſpitalis, dicitur quæſita poſſeſſio hoſpitalis, alio non exiſtente in poſſeſſione. Ita 5. Nouembris. 1546. coram Puteo, in causa Hipporegienſi Hoſpitalis.

DECISIO V.

Qvando aliquis poſſidet naturaliter & ciuiliter, licet alter ingrediatur poſſeſſionem, & faciat aliquos actus alio abſente, non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, niſi quo ad illos actus. vt in caſu iſto. vbi iſte ſecundus celebrari facit miſſas, & accepit certos hædos pro decima. Ita in cauſa Lucenſi parochialis de Villar u bro, coram Aquenſi. 7. Februarij. 1541

DECISIO VI.

Poſſeſſio non quæritur niſi expulſo inquilino. l. peregre. §. quibus. de acquir. poſſeſſ. l. quamuis. §. 1. eod. titulo. Innoc. in c. dilectus. col. 2. de capel. monach. Ita in cauſa Mediolanenſi domus, pro R.D. Barengo, contra Gerardum, coram Proſpero, 20. Iunij 1547. Et in eadem dictum fuit, quod licet eſſet finita locatio per mortem Prælati, Rota 232. tamen præpoſitura continuabat ſuam poſſeſſionem.

DECISIO VII.

Svbrogatus in ius alicuius quo ad poſſeſſionem, debet mitti in poſſeſſionem, non obſtante quod alter excipiat de iure patronatus, niſi incontinenti doceat. quia in iudicio adipiſcendæ, obſtat exceptio dominij incontinenti probandi tantum, vt per Bart. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. in 9. notab. Ita in cauſa Mutinenſi cantoriæ coram Ioanne Paulo 1. Martij. 1546. Et in eadem cauſa tentum fuit, quod ſolo animo mutatur poſſeſſio, & cauſa poſſidendi, ſine alia declaratione.

DECISIO VIII.

Poſſeſſio in corporalibus, quæritur etiam abſq; ſcientia mutationis tituli & patiẽtia quo ad titulũ huiuſmodi, quando quis in veritate habet titulum bonum. iuxta doctrinã Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. de itin. actuque priuat. Ita reſoluerunt Domini in cauſa Paduana fructuum, coram Rauellenſi. 23. Martij. 1545.

DECISIO IX.

IN eadem cauſa tentum eſt, quod reſignans reſeruatis fructibus propria auctoritate percipiendis ac ſi non reſignaſſet, non amittit poſſeſſionem. immo illam continuat. 15. Febr. 1546.

DECISIO X.

Poſſeſſio quæ continuatur in hæredem vigore ſtatuti, dicitur ciuiliſſima, & ante apprehenſionem continuatur in hæredẽ hæredis, qui illam non apprehendit. Ita in cauſa * Parmenſi pecuniaria, inter Michaelem Caſalium, & Luciam Pallauicinam, 19. Februarij. 1543. Allegatur quod iſtud eſt ius quod eſt in hæreditate. ideo in illa debet remanere. l. cum in fundo. ff. de ſeruit. ruſtic. prædior. c. cum veniſſent. de inſt. Et ex iſta poſſeſſione, quæ dicitur ciuiliſſima, vt per Bald. in rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propr. & Soccin. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. poteſt agi adipiſcendæ, licet non recuperandæ. vt per Cyn. in l. ea lege. C. de condit. ob cauſ. & Dec. in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollend. nu. 26. * decis. 414. lib. 1.

Vide Tiraquell. in tract. le mort ſayſit le vif in 4. declar. 5. part. vbi adducit doctrinas pro vtraque opinione.

DECISIO XI.

Poſſeſſio, licet præſumatur continuata quando quis allegat propriam poſſeſſionem, tamen hoc non procedit quando allegatur poſſeſſio tertij. Ita in cauſa Parmenſi, ſeu nullius, capellaniæ, coram Auguſtino, 28. Nouembris. 1547. Allegatur Bart. in l. 2. de except. Paris. conſ. 47. column. fin. vol. 4. Anchar. conſ. 97. col. pen. verſ. præterea etſi Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 21. nu. 9.

DECISIO XII.

INſtitutus in re certa, non dicitur vere hæres. per ea quæ dicit Philipp. Franc. & Petr. de Anchar. in c. ſi pater. de teſtam. in 6. & Guli. Benedict. in c. Raynutius. de teſtam. fol. 229. dum voluit quod contra inſtitutum in re certa, non dentur actiones actiuæ, & ſic non diceretur habere portionem hæreditatis, pro vt dicit Imola in l. ex facto. 5. col. Et licet Philipp. Prob. in d. c. ſi pater. nu. 35. dicat, quod filius inſtitutus in re certa, dicatur habere quotam bonorum, non autem hęreditatis, & ſic verba decreti loquentis de portionibus hęreditarijs, non poterant verificari in filio in re certa inſtituto. Ita in cauſa Placentina Caſtri Sarmati, inter Comitem de Scotis, corã Tolomeo. 26. Ianuarij. 1543. Et in eadẽ cauſa, 29. Ianuarij firmatum eſt, idem eſſe, etiam quod quota inſtituti in re certa,

eſſet æqualis ad alia bona in quibus alij erant vniuerſaliter hæredes inſtituti.

DECISIO XIII.

IN cauſa iuriſdictionis, quando non agitur contra dominum, poſſeſſorium non dicitur habere admixtam cauſam proprietatis. vt in cauſa *Romana Caſtri Feliciani corã Puteo. 11. Martij. 1549.

* decis. 231. lib. 3.

DECISIO XIV.

POſſeſſio filij vel ſucceſſoris, præſumitur continuata eo modo quo pater vel mater poſsidebant, licet non probentur niſi certi actus. per doctrinam Pauli de Caſtr. in l. neque. C. de vſufruct. Ita in cauſa Sarſinatenſi Caſtrorum, coram Ioãne Paulo, 12. Iunij. 1545. inter illos de Tibertis.

DECISIO XV.

COmmiſſa cauſa quod procedatur in petitorio & poſſeſsorio ſimul, ꝑ vt de iure, debetprimo terminari poſſeſſoriũ, parte id volente. Ita in cauſa Seguntina parochialis de Salmos, coram Ioanne Paulo, 23. Maij. 1542. Aegid. 6.

DECISIO XVI.

REmedium l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen. non competit vſufructuario omnium bonorum, qui loco legatarij habetur. per l. vſufructu legato. ff. ad l. Falcid. Ita in cauſa Spoletana vſusfructus, coram Sarnenſi, inter Aurelium & Vincentium, Bernardum & Ioannem Laurentium, 14. Decembris de anno. 1540.

DECISIO XVII.

REquiritur expulſio colonorum, vt acquiratur poſſeſſio. vt per Doctor. in l. quãuis. §. ſi conductor. ff. de acquir. poſſeſſ. Ita in cauſa Terdonenſi Archipresbyteratus, inter Iulium Gentilem, & Gregoriũ Aueraldum. 14. Decembris. 1545.

De Conceſſ. Prębend. Et Materia Expect. & Decret.

DECISIO I.

ACceptatio facta, litteris non expeditis, virtute mãdati, poſt reuocationem expectatiuarum eſt bona. quia reuocatis expectatiuis, ſunt etiam reuocatæ regulæ. & licet regulæ generales, eſſent innouatæ per ſecundã cõceſſionẽ gratiarũ, ex quo adhuc non venerat tempus fulminationis proceſſus, non fuit innouatio iſta habita in conſideratione. Ita in vna * Barchinonenſi Prioratus, pro Hieronymo de Enciſo, contra Bernardinum de la Cruce. 13. & 16. Maij. 1547. coram Rauellenſi.

* decis. 34. lib. 3.

DECISIO II.

PRouiſio per obitum, ſeu commenda, etiã cum clauſula. anteferri. non tollit ius Paraphrenarij expectantis, qui non acceptauerat tempore datæ, dictæ prouiſionis. Quia gratia expectatiua annullabat omnes prouiſiones infra menſem poſt vacationem fiendas, etiam per Papam. Ita in cauſa Burgenſi canonicatus, inter Claudium Saldonem, & Claudium Morandi, coram Aquenſi. 13. Nouembris 1542. Allegatur conſ. Zabar. 136. vbi quod debet fieri mẽtio de gratijs exuberantibus, vel multum qualificatis. & cum Oldrad. 224. Vide Caſſador. 15. de conceſſ. præbend.

DECISIO III.

SCriptores actu non exercentes officia ſua, non compręhenduntur ſub regula prærogatiuarum, etiam quod in regula ſint deſcripti poſt verbum. exercentes. propter identitatem rationis. Ita in cauſa * Calciatenſi dimidiæ portionis, coram Iacobo Puteo, 10. & 14. Decembris. 1543. Allegatur Anchar. conſ. 233. Cardin. 138. Felin. in c. per tuam. de maior. & obed. circa finem. Vbi habetur, quod priuilegia conceſſa officialibus, intelliguntur de actu exercentibus. & propter identitatem rationis allegatur Decius in c. ſecundo requiris. col. 2. de appellat. & vide. Staphil. fol. 116.

* decis. 75. lib. 2.

DECISIO IV.

PRiuilegia cõceſſa deſcriptis publicãdis, & cęt. nõ ſuffragantur ſcriptoribus Apoſtolicis, qui ſunt deſcripti cũ familiaribus antiquis in eodem priuilegio, ante illius publicationem. quia ipſi ſunt familiares ex priuilegio, & ante publicationem ipſi non dicebantur familiares. nec debent gaudere priuilegio, ſtante regula, quod nullus virtute priuilegiorum. &c. Ita in vna * Calciatenſi dimidiæ portionis, coram Puteo. 23. Ianuarij. 1544.

* decis. 85. lib. 2.

DECISIO V.

NObilitas conceſſa Scriptoribus, dicitur ex priuilegio. Ideo virtute iſtius nobilitatis, quis non poteſt præferri alteri. ſtante regula quod nullus virtute priuilegiorum

* deciſ. 154. lib. 2. giorum in dicta * Calciatenſi dimidiæ portionis, coram Puteo. 17. Octobris. 1544.

DECISIO VI.

EXpectantes in menſe Ordinarij, ſede vacante per obitum Epiſcopi, non poſſunt acceptare in quattuor menſibus. quia regula eſt realis, & non perſonalis. Ita in cauſa * Carthaginienſi parochialis de Sax. coram Rauellenſi. 15. & 20. Octobris. 1544. * deciſ. 152. lib. 2. Et ita etiam dicitur fuiſſe reſolutum in cauſa Abulenſi parochialis ſancti Ioannis, coram D. Aragonio. vt per Pauin. in tract. de offic. & poteſt. cap. ſede vacante q. 10. colum. 7. Et licet Pauin. alibi dicat, regulam eſſe perſonalem, non eſt verum. quia in regula conceſsionis expectatiuarũ, dicitur eas duraturas donec reuocentur. Ideo videmus eas reuocari per futuros Põtifices.

DECISIO VII.

LIcet acceptationis publicatio, debeat eſſe populoſa. ſecundum Gemin. conſ. 75. & Abb. conſ. 99. primo volum. etiam quod conſil. Gemin. non teneatur. vt per Sarnen. q. 11. regul. de publican. & Caſſadorum dec. 26. ſuper regul. Fuit tamen tentum, quod publicatio ſatis, diceretur populoſa. ex quo acceptantis procurator adeptus fuerat poſſeſsionem, licet nulliter. & acceptans poſtea tacite ratificauit poſſeſsionem huiuſmodi. Ita in cauſa * Caſalenſi Capellaniç, coram Rauellenſi. 20. Octobris. 1542. * deciſ. 119. lib. 1.

DECISIO VIII.

COnfirmatio creationis in canonicum, cũ clauſula, etiam ſi reſeruata & cęter. comprehendit vacaturum, etiam in octo menſibus Papæ, etiam ſi non ſit facta mentio de illis. & quod Papa, tamen videatur confirmare quo ad ea quæ poterat Capitulum in ſuis menſibus. Ita in cauſa * Concordienſi canonicatus, coram Reomano. 10. Nouemb. 1547. inter Iacobum Zambellum, & Ioannem Mariam Maio. * deciſ. 59. lib. 3.

DECISIO IX.

CVm eſſent duo expectantes, Benedictus Centurionus, & Ioãnes Solano. & Dominicus poſt acceptationem Benedicti, eſſet prouiſus a Papa, quæ prouiſio ſi nõ præceſſiſſet, acceptatio Benedicti fuiſſet bona. Dubitatum fuit. An, ex quo Ioannes propter maiora priuilegia, erat præferendus Dominico, ſimiliter eſſet præferendus Benedicto. Et tentum eſt, quod ſic. per regulam. ſi vinco vincentem te. Benedictus enim vincebat Dominicum. & Ioannes vincebat Benedictum. ergo etiam debet vincere Dominicum. Ita in cauſa Giennenſi Scholaſtriæ. 12. Decembris 1544. corã Proſpero. Fuit allegatus Sarnenſis. q. 17. de ſubrog. Fuit enim conſideratum, quod ius Benedicti erat reſolubile, ſi alius habens pinguiorem gratiam, acceptaret. Ideo pendente reſolutione, nõ potuit acquiri ius Dominico. vt in c. ſi tibi abſenti. & Caſſador. 34. ſuper regul.

DECISIO X.

STante priuilegio conceſſo Paraphrenarijs quod non teneantur ad diligentias durãte abſentia, fuit tentum, quod Paraphrenarij non tenebantur acceptare, etiam quod Papa propterea reuerſus eſſet ad Vrbem, infra menſem acceptationis fiendæ. ex quo iſti ſunt actus legitimi. Allegatur Oldrad. 168. & Doctor. in c. dilectus. de præben. Non obſtante etiam quod diceretur ex aduerſo quod Papa non tollebat cum quis teneretur acceptare. ex quo in ipſa gratia dicebatur, quod infra menſem acceptare cõtigerit. & ideo, quod Papa intellexerat de alijs diligentijs, non de iſtis. Hoc enim non releuauit, ſtantibus latiſsimis verbis priuilegiorum. Ita in vna Giennenſi Scholaſtriæ, coram Proſpero, 19. Octobris 1543. inter Ioannem Solanum, & Franciſcum Telez.

DECISIO XI.

PRouiſio Ordinarij bona eſt, ante acceptationem habentis reſeruationem ad canonicatum & præbendam. vel dignitatem primo vacaturam, quã duxeris acceptandã etiam cum decreto irritanti, ad prouiſiones, & collationes, etiam Apoſtolica auctoritate fiendas. nec obſtat decretum in parte exequutiua. Ita in cauſa * Hiſpalenſi * deciſ. Archidiaconatus de Carmona, coram Maceratenſi, 11. Decembris. 1542. 383 lib. 1. In hoc caſu tamen non erat appoſitus menſis. & 5. Decembris. 1544. coram Aquenſi idem tentum eſt. etiam ſuppoſito, quod gratia Epiſcopi eſſet ex cauſa oneroſa.

DECISIO XII.

IN cauſa præcedenti fuit dubitatum, an gratia ad primo vacaturum, eſſet ſpecialis, vel generalis. ita quod ſi vacaſſet vnus canonicatus, & Epiſcopus Solis non acceptaſſet, an poſſet alium acceptare. quia ſi non potuiſſet alium acceptare, non agebatur de præiudicio delatiuo, ideo erat fienda mentio. Et die 16. Februarij. 1543. tentum fuit * quod propter illa verba. quæ duxeris acceptanda. ipſe poterat dimittere primũ, * deciſ. 412. lib. 1. & acceptare ſecundum, vel tertium.

DE-

DECISIO XIII.

IN terminis duarum præcedentium, cum dubitaretur, an Epiſcopus Solis teneretur, declarare, an vellet canonicatum, aut dignitatem, * die 17. Nouembris. 1544. coram Aquenſi, reſolutum fuit, quod tenebatur declarare. quia ſi gratia intelligebatur de primo vacaturo tantum, non poterat fieri alteri prouiſio, cum eſſet ſibi ius quęſitum ſtatim expeditis literis. aut intelligebatur quod poſſet acceptare ſecundum, vel alium quem vellet. & non requirebatur alia declaratio, nec erat opus de hoc quærere. * decif. 186. lib. 2.

DECISIO XIV.

ACceptans vnum canonicatum in vna Eccleſia, licet illum reſignet, non poteſt poſtea acceptare alium in eadem Eccleſia virtute eiuſdem gratiæ. pro quo inducitur Clem. gratiæ. de reſcript. Ita in cauſa * Legionēſi canonicatus & præbendæ, corā Pighino, 4. Iulij. 1548. inter Alphonſum de Azero, & Petrum de Medina. * decif. 147. lib. 3.

DECISIO XV.

PRocurator poteſt acceptare etiam prę̄ſēte domino; & licet ſoleant impetrari gratię quod liceat per procuratorem acceptare, iſtud fit ad cautelam. vt eſt decif. Caſſador. 3. nu. 4. hoc titul. Ita in cauſa Legionēſi canonicatus, coram Mohedano. 26. Aprilis. 1543. inter Sancium de Villara, & Martinum.

DECISIO XVI.

QVando gratia dirigitur exequutoribus, & mandatur quod ipſi prouideant, & tradant poſſeſſionem beneficiorum vacaturorum, etiam cum decreto, & prouiſione, ex nunc pro vt ex tunc. omnia reſpiciunt factum exequutorum. & decretum non inficit gratias, & prouiſiones interim factas. Ita in cauſa * Lucana canonicatus, corā Rauellenſi, inter dominum Raynaldum Petrucium, & Vincentium Dynum, 23 Ianuarij. 1542. Sed bene vide. quia poſtea * 6. Februarij rētū fuit, quod gratia D. Raynaldi, eſſet ſpecialis ad primo vacatura. * decif. 143. lib. 1. * decif. 154. lib. 1.

DECISIO XVII.

HAbens gratiam ad diœceſim exprimendam, debet illam declarare antequam vacet beneficium. alias non poteſt amplius declarare in prę̄iudicium alterius. Ita in cauſa * Oſcenſi Archidiaconatus, coram Puteo, 16. Maij. 1542. inter D. Thomam Fort, & Ioannem de Articda Allegatur Cardinalis, & Imola in cap. cum ordine. de reſcript. quos refert Felin. in c. 1. col. 3. verſ. tertio reſtringe. & tex. in c. paſtoralis. §. quoniam. eod. titulo. * decif. 143. lib. 1.

DECISIO XVIII.

GRatia mutationis collationis, in qua narratur, nullum cōmodum reportaſſe ex prima gratia, in diœceſi Segobienſi, non dicitur ſubreptitia. etiam quod acceptauerit in genere, & poſt mutationem fuerit redacta ad ſpeciem. Ita in cauſa Pacenſi Archipresbyteratus, coram Mohedano. 12. Februarij. 1543. inter Andream de Segura, & Laurentium de Ortega. Quod videtur durum. quia licet acceptatio eſſet reducta ad ſpeciem, tamen beneficium vacauerat. & ille obtinuerat nouam prouiſionem. & ceſſerat in Bartholomeum de Scobedo. Ideo quia dicebatur mutationem eſſe ſubreptitiam, Rota mandauit cauſam concordari. Vide infra in cauſa Portugallenſi.

DECISIO XIX.

REualidatio in qua narratur, quod parum, vel nullū commodum reportauit ex prima, non dicitur ſubreptitia. licet ex prima acceptauerit vnum beneficium, in quo tunc temporis erat quidam intruſus, cum quo erat lis. quam poſtea concordauit reſeruata penſione 80. ducatorū. ſed ex ſecunda ſunt deducendi illi. 80. ducati. Ita in cauſa * Portugallenſi Sancti Manuelis corā Auguſtino, inter Frāciſcum de Layſce & Didacum Raymundum. 8. Iunij. 1548. Allegatur, quod ſecunda gratia erat motu proprio. Pro quo Dec. conſ. 341. Et dictum fuerat parum vel nullum. & quod iſtud erat paruum commodum, attenta intruſione & lite. * decif. 131. lib. 3.

DECISIO XX.

ACceptatio ſecunda, licet nulla ſit, & nullum ius ſibi quæratur, acceptante alio in Data priore, & habente pinguius decretum. iuxta decif. 52. alias 22. hoc titulo in antiquis. & 422. & 833. & Aegid. 468. in ordine. Tamen ſi primus deficiat in obſeruandis, vel faciendis diligentijs, ius ſuum reſoluitur. & perinde eſt ac ſi non acceptaſſet. ſtante regula de concurren. propter quam ceſſant dictæ deciſiones. Ita in cauſa Valentiana de Paterna, corā Tolomeo, 29. Nouembris 1544. inter Thomam Fort, & Iacobum Cordellas.

DECISIO XXI.

GRatia conſumitur per acceptationem adeo quod quis non poteſt acceptare aliud beneficium, niſi lata ſententia, quod non competat ius. vel niſi notorie conſtet de non iure. Ita in dicta cauſa, 18. Maij. 1543. inter D. Iacobum, & Remigium. qui venerat ad cauſam. Allegatur deciſ. 5. de conceſſ. præbend. in antiq. Dec. in c. cum in multis. de reſcript. Rot. 4. de reſcript. in nou. Caſſad. deciſ. 10. nu. 4. de conceſſ. præbend.

* deciſ. 169. lib. 2.

DECISIO XXII.

PEr acceptationem ſecundi beneficij, quis videtur renunciare primæ acceptationi taliter quod nõ poteſt ex poſt facto redire ad primum, etiam ſi ſecunda acceptatio non ſortiatur effectum. Ita in cauſa * Valentina de Pego, inter Martinum de Calaorra, & D. Ioannem Baptiſtam Baldaſſinum Aduocatum, coram Puteo. 15. Februarij. 1542. & 3. Martij iterum. Allegatur Lapus in c. cum in multis. de reſcriptis. lib. 6. quem ibi ſequitur Dominic. & Peruſin. & Domin. cõſ. 78. 1. dub. Et Selua in tract. de benefic. par. 3. q. 28. & dicebatur, quod dicens, beneficium non cadere ſub gratia, debet id probare. vt per Dominicum conſ. 103. Item dicebatur, quod iſte neglexerat redire ad primum per multos annos, cum potuerit certificari ius ſibi non competere, & ſtatim redire, alias videtur renunciare. c. ſi clericus. in princ. de præben. lib. 6. Roman. conſ. 329. column. 2. Et ſcientia præſumitur, quia ibi fuerat ſemper in curia. Roman. 481. 2. col. Rot. 263. in nou. * Felin. c. 1. de conſt. & c. ex literis. de probat.

* deciſ. 361. lib. 2.

* alias de iuſ. patron. in 6.

DECISIO XXIII

REgula de extendendis conſenſibus, ſeu mutatione collationis, habet locum etiam ſi quis habeat creationem in canonicum, & petat illa extendi ad largam in eadem diœceſi. Ita in dicta cauſa * Valentina. 9. Martij. 1543. Conſideratur quod regula eſt edita ad tollendas fraudes: quia ſi non conſtaret de caſſatione, cum creatus in canonicum præferatur alijs, poſſet vti gratia caſſata, ſi contingeret, vacare canonicatum vel dignitatem. Pro altera vero parte dicebatur, regulam loqui de mutatione collationum. & quod hic non mutabatur collatio. quia ſemper in eadem diœceſi. Sed fuit reſponſum, quod prius tantum habebat ad collationẽ beneficiorum Eccleſiæ Valentinæ, & in poſteriori mutatione habebat ad collationem Epiſcopi, & aliorum collatorum in tota diœceſi. Rota tamen voluit, quod ex quo bulla erat expedita, præſumeretur conſenſus. Sed poſtea 9. Aprilis ſeq. cum allegaretur, & probaretur, factam fuiſſe diligentiam de reperiendo conſenſum, & quod non reperiebatur, Rota voluit quod alter probaret, conſenſum fuiſſe præſtitum iuxta deciſ. 5. Caſſador. ſuper regulis.

* deciſ. 442. lib. 1.

DECISIO XXIV.

PRouiſio Papæ, facta intra menſem datũ habenti mandatum de prouidendo, qui non acceptauit, valet, & tenet. vt in cauſa * Vercellenſi canonicatus, coram Puteo, inter Nicolaum de Strata, & Hieronymum Gambarum, 22. Martij. 1546. Allegatur Caſſador. deciſ. 3. de decret. Et quod ita fuit reſolutum in cauſa Tarraconenſi canonicatus, corã Aragonia. & in cauſa Tiraſonenſi Archidiaconatus, coram Rauclenſi. & in cauſa Hiſpalenſi de Carmona, pro Epiſcopo Solis. Sed ex aduerſo dicebatur, quod iſta gratia non habebat decretum etiam per nos, & clauſulam. ex nunc. &c.

* deciſ. 408. lib. 2.

DECISIO XXV.

MEnſis ad acceptandum, computatur de diebus 31. præſertim ſi vacauit beneficiũ in menſe habẽte dies 31. & dies termini non cõputatur in termino. vt in dicta cauſa * Vercellenſi 16. Aprilis. 1546. Allegantur Doctor. in Clem. 1. in. §. ſecus. de conceſſ. præben. & Sarnenſis. q. 37. de infir. Vbi ponderat dictionem à. Et in contrariũ allegatur Staph. fol. 43. verſ. 3. principaliter & fol. 91. verſ. quarto notandum.

* deciſ. 412. lib. 2.

DECISIO XXVI.

EXpectatiuæ cenſentur conceſſæ in omnibus menſibus, etiam Ordinariorum. tamen impediuntur expectantes acceptare propter regulam reſeruatoriam. Ita in cauſa Virdunenſi canonicatus, corã Puteo inter Dominicum Tracheti, & Gerardum Goberti. 9. Decembris. 1540.

DECISIO XXVII.

CLauſula, citra præiudicium expectantium, appoſita in confirmatione certæ concordiæ, in qua Capitulum promiſerat conferre beneficium, intelligitur tam de expectantibus præſentibus, quam futuris, etiam futuri Pontificis. Ita in dicta cauſa Virdunenſi. 30. Decembris. 1540. Et iterum * 9. Martij. 1541 Et potiſſima ratio fuit, quia gratia conferebatur in tempus futurum. videlicet vacationis quæ poterat euenire tempore futuri Põtificis. Allegatur quod clauſula. citra regreſſus, & acceſſus ac

* deciſ. 92. lib. 1.

ac de conſenſu coadiutorias. quæ paſſim ſolet apponi, intelligitur etiam de futuris. Et alleg. Card. in Clem. litteras. col. 3. verſ. 6. de reſcript. & Rota. 857. & 858. column. 2. Caſſador. deciſ. 3. de præben. Et ponderatur, quod dicitur de expectantibus Apoſtolicis. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur.in fin. de verb. obligat. In cõtrarium allegantur Doctores in l. cum ſtipulamur.de verb. oblig.& Gemin. conſ. 69.

DECISIO XXVIII.

IN eadem cauſa Virdunẽſi, de menſe Iunij 1541. tentum eſt,quod ex quo alternatiua perpetua,conceſſa Capitulo Virdunẽſi,erat ad inſtar priuilegiorum conceſſorum Eccleſię Treuerenſi, quod nõ cenſeretur reuocata per regulam, in qua dicitur, non tamen in fauorem nationum conceſſas.

DECISIO XXIX.

DAta nullitate acceptationis nomine meo factæ, ſi impetro nouam prouiſionem, videor illam approbare. & mihi ſuffragatur ſi ſim infra menſem. Ita in dicta cauſa coram Fabio 4. Decembris. 1542. Allegatur Romanus. conſ. 339. 343. & 433.

DECISIO XXX.

FIrmata fuit deciſio 1. & 2. Caſſad. hoc titulo,quod,Ordinario non contradicente,expectantes poſſint acceptare duo beneficia in eadem diœceſi. In cauſa Vrgellenſi canonicatus, coram Mareſcotto,inter Didacum de Talauera, & Bernardinum de la Cruce. 29. Ianuarij 1543.

DECISIO XXXI.

IN eadem cauſa tentũ fuit 2. Aprilis.1543. coram Thoma, quod ex quo Capitulũ tradiderat poſſeſſionẽ Didaco, ſatis videbatur contradixiſſe domino Bernardino. & licet collatio nõ ſpectaret in totum ad Capitulum, tamen potior erat conditio prohibentis. ad regulam, in re communi. Conſiderarũt enim Domini, quod ex quo Capitulum tradiderat poſſeſſionem vigore expectatiuæ ipſi Didaco, non volebat, nec expreſſe nec tacite, conſentire vt prouideretur alteri. quia rem illicitam faceret. Ideo ceſſat ratio quam dicunt Doctores, quod Ordinario nõ contradicente, poteſt in eadẽ diœceſi capere duo beneficia. quia Ordinario non contradicente videtur conſentire. quoniam iſte conſenſus non poteſt in caſu iſto argui. Itẽ, Ordinarius non poterat contradicere prouidendo alteri, quia obſtabat decretum expectantis.ergo capienda eſt illa contradictio quæ in eo poteſt cadere. Et cauſa iterum poſita coram Fabio. 11. Ianuarij. 1544. fuit dictum,præmiſſa ſufficere ſaltem ad fumum pro remiſſoria, vt poſſet melius probari contradictio.

DECISIO XXXII.

FIrmata fuit deciſio Caſſad. 25. ſuper regulis.quod regula de publicandis acceptationibus,habeat locũ etiam in mandatis de prouidendo. etiam ſi in eis ſit clauſula in fine,quod teneantur infra ſex menſes expedire nouam prouiſionem.in cauſa * Taruiſina S. Helenæ,coram Aquenſi, inter Cardinalem Piſanum,& Vincentium Quirinum, 13. Martij. 1545. Non refert quod per ſpecialem prouiſionẽ tollatur generalis, ſicut dicimus quod per pœnam ſpecialem tollitur generalis. quia id procedit quando vtraque eſt certa, & profertur in diuerſis diſpoſitionibus,vna à lege, altera ab homine. & tunc vtraque habet locum. Quæ autem dicuntur ex aduerſo, procedunt quando in eadem diſpoſitione habetur de generali & ſpeciali. ſecundum quod declarat Bart. in l. ſanctio legum.ff. de pœn. col. 2. verſ. & ideo ex præmiſſis habes colligere.& Bart.in l.1.§.hoc autem ædictum ff.de nou. oper. nunc. col. penult. verſ. ſed quando etiam bona diſpoſitio. Præterea generi per ſpeciem derogatur, quando ſpecies aduerſatur generi. vt per Franc. in regula generi. &c.

* deciſ. 248.lib.2.

DECISIO XXXIII.

REgula reuocatoria gratiarum, non comprehendit creationem in canonicum, factam a Capitulo, & confirmatam a Papa. Ita in cauſa * Taruiſina canonicatus, corã Peregrino, inter Iacobum Zambellum, & Lelium de Lelijs. 29. Ianuarij. 1546. Pro deciſione allegabatur,quod iſta gratia eſt approbata a iure.per c. relatum. & c. dilectus, de præbendis. Item, quia dicitur Apoſtolica.ad c. ſi Apoſtolica.de præben.in 6. Vel ſaltem eſt mixta, & caſus mixtus,nõ cõprehenditur ſub ſimplicibus,in odioſis. l. 2. de verb. oblig. Item, actus confirmati nõ comprehenduntur. Gloſ.in Clement.dudum.de ſepult. Felin. in c. conſtitutus. de reſcript. In contrarium allegabatur c.final. de conceſſ. præbend. lib. 6. vbi Papa reuocat omnes gratias. inter quas comprehenditur creatio in canonicum. Item,quia regula reuocat gratias ad vacatura. Sed fuit reſponſum, præmiſſa intelligi de gratijs factis ab eo. Et ponderatur, quod loquitur de gratijs habentibus clauſulã acceptandi. Et ponderantur verba. alijs gratijs. id eſt ſimi-

* deciſ. 366. lib.2.

ſimilibus. Fuit tamen tentum de menſe Nouembris. 1553. coram Auguſtino in cauſa Romana canonicatus ſanctæ Mariæ Maioris, inter Petrum Paulum Gualterutiũ & N. quod regula Iulij, in qua non erat facta mentio de creatione in canonicum, eos comprehendebat.

DECISIO XXXIV.

IN eadem cauſa, poſtquam ſemel tentum fuit quod per regulam publicatam de anno 1546. reuocatoria indultorum, non cenſebatur derogatum indulto. Iterum cauſa poſita 4. Iunij. 1546. quinque ex octo, tenuerunt cenſeri indulta reuocata, etiam reuocatis expectatiuis.

DECISIO XXXV.

NOn ſufficit Breue, eſſe expeditum de tali Data, ſi cõſtet, illud expeditum fuiſſe poſt ſex menſes, niſi probetur quod ante acceptationem, & ante obitum illius per cuius obitum vacauerat beneficium, habẽs mandatũ nominauerat diœceſim. Ita in cauſa Tiraſonenſi Archipresbyteratus coram Marſicano, inter Petrum Dueñas, & Garſiã Cortes 29. Aprilis 1541. Et deinde, dato dubio: An data expeditione poſt acceptationem inferatur nullitas acceptationis die 2. Maij dicti anni Domini non reſoluerunt hoc, ſed firmarunt primam reſolutionem quod ex teſtibus transferetur onus probãdi quod nominaſſet diœceſim ante vacationem. Tamen allegabatur quod valebat acceptatio litteris non expeditis. & quod Papa ſolo verbo facit gratiam, & facit quem ſacerdotem. vt per Iacobat. in tract. Concil. fol. 217. & deciſ. 4. de conceſſ. præbe. in antiq. & Felin. in c. cum olim. colum. 3. de re iudic. & Collect. in c. ex conqueſtione. de reſcript. col. 2. Vbi dicit quod curiales antiqui ita tenent. Nec hoc caſu obſtat regula Cancellariæ. quia adhuc non erat publicata. In contrarium allegabatur Staphil. fol. 3. Sarnen. q. 9. de non iud. Item quod de facili induceretur fraus & dolus.

DECISIO XXXVI.

ROta bis fuit diuiſa ſuper dubio. An acceptatio extracta de genere ad ſpeciem per cedentem, poſt ceſſionem prodeſſet ipſi ceſſonario. In cauſa * Tiraſonenſi Archipresbyteratus coram Rauellenſi, inter Petrũ Dueñas, & Garſiam Cortes, 19. Iunij. & 13. Ianuarij. 1542. dicebatur enim ex aduerſo extractam fuiſſe de genere per ceſſionem. & ideo non amplius includebatur ſub genere. ad c. paſtoralis. de reſcript. & quod ibi notat Ioann. Andr. & Oſtien. Vnde Caſſador. deciſ. 9. de cõceſſ. præb. dicit, quod non licet niſi ſemel extrahere. per conſ. Roman. 433. Rota 431. & 432. Item dicebatur quod cedẽs, poſt ceſsionẽ habetur pro mortuo. Item, quod ex quo nõ poterat nocere, non debebat poſſe prodeſſe, vt contrariorũ ſit eadem diſciplina. In contrarium dicebatur, quod cedens, poteſt prodeſſe. cum teneatur cedere actiones, etiam contra fideiuſſores. l. antepenult. ff. de hæred. vel act. vendit. facit etiam text. in l. quæ filij. ff. eod. tit. Item ponderabatur, quod ceſsio fuiſſet inefficax. quia abſque deductione ad ſpeciem, cedens nullum ius habebat. & qui vult conſequens. &c. Itẽ quia iſta fuit declaratio animi ſui, & verborum dubiorum generalis acceptationis. Immo dicebatur, quod poſt ceſsionem non potuiſſet amplius aliud beneficium nominare in præiudicium ceſsionarij. per l. ſi partẽ. §. finali in fin. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. de quo valde dubitatur. licet dicatur, quod cogitur inuitus in hac ceſsione perſiſtere. c. cum pridem de renunc. Nec dicitur auferri ius tertij. cum verba dubia generalis acceptationis declarentur. Fuit tamen poſtea tentum, quod nõ eſſet adhibenda fides inſtrumento acceptationis, propter plures ſuſpiciones de falſo, quæ erant cõtra illud.

* deciſ. 230. lib. 1. & vid. deciſ. 344. eod. lib.

DECISIO XXXVII.

STante nullitate dictæ acceptationis, fuit tentum, valuiſſe prouiſionem Papæ, factã infra menſem datum ad acceptandum, in fauorẽ Cardinalis Simonettæ, qui ceſſerat d. Garſiæ Cortes. quia gratia Ioannis erat conditionalis, dummodo acceptaret infra menſem. & non facta acceptatione, omnes clauſulæ euaneſcebant. & quod illa clauſula irritans prouiſiones factas ante acceptationem, erat poſita in parte inhibitoria. in qua ligabantur manus inferiorum, non ipſius Papæ. Ita 13. Ianuarij. 1542. coram Rauellenſi.

DECISIO XXXVIII.

ACceptatio nulla ſcienter, facta vt iſta quia vacauerat in vno ex quatuor menſibus, conſumit gratiam. Ita in cauſa * Tullenſi parochialis de Dimotailis coram Reomano, inter Ioannem Fagat, & Colinũ Andreæ 18. Ianuarij. 1546. Allegatur Gloſ. fin. in c. cum in multis de reſcript. lib. 6. l. 3. l. ſcyphi. ff. de opt. legat. Romanus conſ. 329. in princ. Oldrad. 228. incip. hæc ſunt dubia. vbi allegat tex. in l. apud Aufidium. ff. de opt. leg. Item, quod non ſolum iſte acceptauit, ſed fecit nouam prouiſionem, & poſtea reſignauit. pro quo facit

* deciſ. 357. lib. 2.

facit deciſ. 426.in nou. Si habens gratiam. alias.428.quæ eſt 13.de conceſſ. præbend.

DECISIO XXXIX.

POſſeſſio non connumeratur inter diligentias,ſed tantũ eſt exequutio gratiæ præcedentis. ideo diligentior in acceptatione præfertur.Ita in cauſa * Tullenſi Canonicatus, coram Tanis. 3. Iunij. 1541. inter Ioannem Fuſoris, & Nicolaum le Bon.

* deciſ. 652. lib. 1.

DECISIO XL.

CVm quis haberet gratiam ad tres collationes, & in Zamorenſi obtinuiſſet vnum beneficium, & mutaſſet Calaguritanam in Segobienſem,aſſerendo quod ex gratia illa in Calaguritana nullum commodum reportauit, fuit tentum gratiam mutationis non eſſe ſubreptitiã, licet non fecerit mentionem de commodo reportato in diœceſi Zamorenſi. Ita in cauſa Segobienſi Canonicatus,coram Reomano, 16. Nouembris 1547. inter Epiſcopũ Squilacenſem,& Antonium de Staudillo.

DECISIO XLI.

IN cauſa Segobienſi parochialis de Romedo,coram Puteo, inter Gregorium de Salzedo, & Ioan. Gomez. die 13. Iunij. 1541. fuit reſolutũ, quod ex quo probat̃ vacatio de menſe Ianuarij, quod præſumebatur acceptatio in tempore facta. Et fuit dictum, quod ſemper Rota tenuit iſtud.quod ſi probetur acceptatio,ſemper præſumitur in tẽpore facta. etiam quod non probetur quod vacatio præceſſerit. quia non præſumitur, quod quis voluerit conſumere gratiam ſuã. & maxime iſto caſu.in quo Gregorius habebat ſuam gratiam, & docebat de ſua acceptatione. & alius. ad effectum excludendi eum. dabat de alia gratia. nam debet probare clare quod poſt ſuam gratiam impetratam vacauit. Gregorius enim habebat gratiam die 11. Ianuarij. & dicebat,eadem die vacaſſe beneficium. & alter habebat gratiam ſub die 14. ſuſpenſiuam alterius gratiæ. & dicebat, beneficium vacaſſe poſt diem vndecimam.

DECISIO XLII.

MIles S. Petri præfertur pauperi,etiam graduato. ſtante tamen bulla deſcriptorum Pauli Papæ, propter quam clare omnes alij excludebantur. Ita in cauſa * Seguntina parochialis de Nouiales, corã Puteo, inter Petrum Guerra,& Thomam de los Rios. 18. Ianuarij. 1549.

* deciſ. 199. lib. 3.

DECISIO XLIII.

COncurrentibus paupere graduato, ac milite S. Petri, præfertur miles. vt in cauſa * Seguntina parochialis, corã Puteo 18. Ianuarij. 1549. Quando conſtat de nõ iure illius qui mihi contulit, in ſuo turno poſſum concordare cum alio habente melius ius,non expectata declaratoria. vt infra de præbend.

* deciſ. 199 lib. 3.

DECISIO XLIV.

STantibus duobus mandatis de prouidẽdo, vno prius pro Alphonſo de Puente, & alio,ſecundo loco, pro Gomeſio.cum clauſula ſolita,quod inter habentes ſimiles gratias eſſet locus præuentioni in diligentijs. &c. fuit tentum 5. Nouembris. 1540. corã Ioanne Paulo,quod non obſtante quod Gomeſius fuiſſet diligentior,erat præferenda gratia Alphonſi, quia in illa, erat clauſula anteferri, & clauſula præſeruatiua ab alijs gratijs. de quibus clauſulis erat facienda mẽtio prout de quacunq; clauſula notabili. quod factum non erat in gratia Gomeſij. & multum ponderatum fuit, quod gratia Alphonſi,haberet pinguiores clauſulas. videlicet, quod præferretur etiam deſcriptis, & Cardinalibus. & Gomeſius non præferebat̃ illis.Et quo ad hoc gratia Gomeſij non erat ſimilis,ad quod fuit allegata Gloſ. in c. eum cui canonicatus.in verbo.ſimilis de prębend.lib.6.& in c.auctoritate Martini in verbo ſimilis de præben.Pro Gomeſio autẽ allegabatur text.in c.pen. de præben. in 6.

DECISIO XLV.

DVm dubitaretur, an cenſerentur reuocatæ facultates conceſſę Nuntio Hiſpaniarum de conferendis,per regulam 25.Februarij. 1539. editam; fuit tentum quod non. in cauſa Pampilonenſi beneficij de la Puente,coram Puteo.14. Nouembris 1544. inter Ioannem Perez, & Matthæum Gurai.

DECISIO XLVI.

MEntio facienda eſt in expectatiuis de ſtatuto Eccleſiæ,quod canonicatus cõferantur per Capitulum vel Epiſcopum portionarijs. Ita in cauſa * Placentina canonicatus,inter Ioannem Solanum, & Garſiam Caruaial, coram Thoma. 27. Februarij 1546. per Gloſ. in c. cum in Eccleſia. de præben. lib. 6. Et iterum voluit Rota in eadem 6. Martij.

* deciſ. 339. lib. 2.

DECISIO XLVII.

PRiuilegia Scriptorum, non derogant dictæ conſtitutioni Capituli vt in dicta cauſa 16. Martij. & 30. Maij. 1545.

DE

De Confeſsis.

DECISIO I.

Confessio mulieris minoris duodecim annis, quæ contraxit matrimonium, etiam cum iuramento non tenet. Ita in cauſa * Hiſpalenſi matrimonij, coram D.Thoma de Thanis 19.& 26.ac 28.Nouẽbris.1543. * deciſ. 66. lib. 2. Licet prius fuiſſet dictũ cõtrariũ per illam rationem, quod qui poteſt actum facere, poteſt confiteri. & quod in iſta muliere malitia ſupplebat ætatem. Fuit enim dictum, quod iſta non procedunt in materia carnis. per tex. in c.1. de delict. pueror.

DECISIO II.

Confeſſio principalis, poteſt reuocari per procuratorem generalem, etiam ſi facta ſit coram Principe. docto tamen de errore. quia in mandato generali eſt quod procurator poſſit facere vtilia. Ita in cauſa Legionenſi parochialis de Macinga, coram Puteo.1541. Allegatur Felin. in cap. 1. num. 29. de conſtitut. Bald. in l. error. ad fin. C. de iur. & facti ignorant. Iaſ. in l. non ſolum. §. morte. nu. 37. ff. de operis nou. nunciat.

DECISIO III.

Confeſſio prẹiudicat etiã fiſco ſucceſſori. etiam quod ſucceſſerit pro pluribus partibus, & confitens non haberet niſi vnam partem. cum confeſſio ſit indiuidua. Ita in cauſa Parmenſi Vallium.23.Ianuarij.1544. coram Puteo. Licet allegaretur in contrarium. l. quoties. §. final. ff. de nouat. Bart. conſ. 166. Afflict. 285. Abb. conſ. 29. col. 2. volum. 2. Caſſan. in conſuet. Burgun. rubric. de confiſcat. §. 1. fol. 97.

DECISIO IV.

Confeſſio facta in tranſactione quæ erat nulla, præiudicat confitenti, vt in cauſa Viterbienſi pecuniaria, coram Auguſtino 12. Decembris. 1547. inter Laurentium Ghiſiũ, & hæredes de Boninſegnis. per not. per Alex. in. l. ſcire debemus. §. ſi a iure. ff. de verbor. obligat.

DECISIO V.

Probata confeſſione extraiudiciali Antiqui Bernardes, qui vulnerauerat Florentium, ac fuga Antiqui ab Vrbe ante inquiſitionem, cum publica voce & fama quod fuerat vulneratus ab eo, & quod obierat ex illo vulnere: Domini voluerunt, ſufficienter probatum eſſe homicidium, ad effectum inducendæ inhabilitatis in cauſa Vrgellenſi Archidiaconatus, coram Tolomeo, inter Bernardum Valle, & Petrũ Spinas, ac dictũ Antiquum. 22. Nouembris. 1545.

DECISIO VI.

Confeſſio cedentis beneficium examinati criminaliter ad inſtantiam fiſci, nõ præiudicat ceſſionario in cauſa ciuili mota ſuper beneficio. Ita in cauſa * Tiraſonenſi * deciſ. 144. lib. 1.
Archipresbyteratus, corã Marſicano, inter Petrum Duenas, & Garſiã Cortes. 30. Maij 1541. Nam Ioãnes, qui ceſſerat Petro reſeruata etiam ſibi penſione 24. ducatorum, examinatus fuit ſuper data breuis mandati de prouidendo. ipſi Ioanni cõceſſo, de cuius falſitate dubitabatur. Rota dixit, talem confeſsionẽ non præiudicare D. Petro. quia dum Doctores in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. dicebant, confeſſionem cedentis præiudicare, intelligebantur in emptore & venditore. ex quo emptori dabatur regreſſus contra venditorem. ſed hoc caſu ſecus. Et pro concluſione allegatur Paul. de Caſtr. & Imol. ibi. quia iſta confeſſio erat facta ad eruendam veritatem ab illo, & ſic iſta non eſt proprie confeſſio, quæ non nocet in alio iudicio. vt per Dec. in. l.2.C. de eden. Et maxime in iſto caſu, quia ponderatur quod dictus Petrus non conſenſerat, immo proteſtatus fuerat. Allegatur Abbas in c. quãuis. de re iudic. Et ita firmata fuit deciſio 8. Iunij dicti anni, non obſtante quod diceretur, dictum Petrum ſollicitaſſe cauſam criminalem, & procuraſſe quod Ioannes excarceraretur.

DECISIO VII.

Confeſſio extraiudicialis ſufficit etiam ad probãdã execrabilitatẽ. Ita in cauſa * Septen. Archidiaconatus, coram Puteo, inter * deciſ. 53. lib. 2.
Epiſcopum Septen. & Gabrielem. 16. Nouembris. 1543.

De Confirm. Vtili.

DECISIO I.

Verba. prout anteceſſores ſui poſſidebant. intelliguntur cauſatiue, non conditionaliter. Ita in cauſa * Parmẽſi Vallium, coram Put. 23. Ianuar. 1545. Alle- * deciſ. 106 lib. 2.
gatur doctrina Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo. prout. Felin. in c. inter dilectos. de fide inſtrum. & in c. 2. col. 4. de reſcript. Paris. conſ. 4. volum. 2. nu. 29. Et vide etiam Calcan. conſ. 28. verſ. quid quando Papa erat veriſimiliter informatus. Felin. in c. ex parte. de reſcript. & in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. in fin.

DECISIO II.

CLauſula in extenſione litterarũ a ſe conceſſarum, habens illa verba. alias iuxta tenorem conceſſionis, & litterarum prædictarum. poſt quam cauſa pluries fuit poſita, & Domini fuerunt ſemel diuiſi in cauſa Toletana decimarum, coram Puteo, inter Ducem de Alua, & Archiepiſcopum Toletanum, die 2. Maij. 1544. Domini voluerũt quod eſſet neceſſarium docere de relato. Quia dixerunt relatiuum continere diſpoſitionem certam quo ad ſubſtantialia. videlicet, quod cum duas tertias mixtas, perſonales & reales, & a quibus perſonis. Tamen fuit dictum, quod Dux verificaret loca de quibus in bulla.

De Conſtitutionibus.

DECISIO I.

EPISCOPVS viſitare poteſt etiam in monaſterijs & locis exemptis, virtute ſententiæ arbitralis in vim Concilij Tridentini. & dicetur facere auctoritate Apoſtolica propter decretum. Ita in cauſa * Auguſtenſi iuriſdictionis, coram Puteo. Et in eadem * fuit dictum, quod licet Concilium loquatur de Prælatis, intelligitur de Epiſcopis, etiam priuatiue.

* decis. 212. lib. 3
* decis. 838. lib. 3

DECISIO II.

COncordata non obſtant Legatis. nec remouent niſi gratias præuentiuas. Ita in cauſa * Auguſtana canonicatus, coram Proſpero. 15. Martij. 1546.

* decis. 335. lib. 2

DECISIO III.

COncordata non impediunt quin Legati Germaniæ, poſſint conferre in menſe Iunij. Ita in eadem * cauſa. 2. Decembris. 1545.

* decis. 335. lib. 2

DECISIO IV.

STatutum Bononiæ, quod in contractibus minorum requirantur ſolennitates, comprehendit etiam tranſactionem. vt in cauſa Bononienſi de Paſijs, coram Auguſtino 7. Maij 1549. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. nu. 64. & ſequent.

DECISIO V.

COncilium Tridentinum, loquens de cathedralibus & maioribus Eccleſijs viſitandis, habet locum in collegiatis, ratione extenſionis. Ita in cauſa Calaguritana iuris viſitandi, coram Roſſanenſi, 22. Octobris 1548. Allegatur in materia extenſionis, Iaſon in auth. quas actiones. in 7. col. in 5. limitat. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Felin. in cap. cum acceſſiſſent. col. 3. & in c. cum omnes. 3. col. de conſtitut.

DECISIO VI.

STatutum Cæſenæ de nõ fiendis inueſtituris hæredibus defunctæ perſonæ, procedit etiam reſpectu bonorum Eccleſiaſticorum. & etiam quod recipientes ſint clerici. iuxta conſilium Alexandri. 22. in 6. vol. not. Felin. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. nu. 114. Ita in cauſa Cæſenatenſi, poſſeſſionis & bonorum, coram Proſpero. 16. Maij. 1544.

DECISIO VII.

LIcet derogatio fundationis intelligatur ad effectum gratiæ, non de his quæ poſt gratiam ſunt facienda, puta quod teneatur reſidere. iuxta gloſſ. in c. ſi propter tua de reſcript. lib. 6. in verb. impediri. & ibi Gemin. & Cal. conſ. 1. & Felin. in c. nonnulli. de reſcript. column. 28. num. 11. Tamen quis excuſatur ſi non reſedit propter litem contra eum motam. c. ex parte. de cleric. non reſ. & ibi gloſ. in verb. periurium. & in c. petitio. de iureiur. Ita de hoc vltimo tentũ fuit in cauſa Cordu[illegible]nſi capellaniæ, corã Puteo menſe Martij. 1545. inter Rodericũ Rallon, & Alphonſum Ruiz.

DECISIO VIII.

STatutum Eccleſiæ Hiſpalenſis, de filijs reconciliatorum, factum ad vitam Archiepiſcopi non compræhendit regreſſus. * 13. Februarij. 1542. coram Marſicano.

* decis. 260. lib. 1

DECISIO IX.

STatutum Vrbis, quod in contractibus mulierum requirantur ſolennitates, non habet locum in compromiſſis. cũ procedat tantum in quattuor caſibus in eo ſpecificatis. Maxime, quia in hoc caſu fiebat compromiſſum de neceſſitate, propter aliud ſtatutum, quod conſanguinei teneantur compromittere. Et ita in cauſa * Romana Liuiana hæreditatis, coram Ioanne Paulo & Piggino arbritris. 4. Aprilis. 1541. Allegantur notata per Doct. in l. fin. C. de legit. tut. Roman. conſ. 280. & 394.

* decis. 100. nu. 2. lib. 1.

DECISIO X.

STatutum quod filiæ fœminæ non ſuccedant, non comprehendit bona extra territorium

torium. quicquid dicat Brun. in 8. art. q. 25. col. fin. & Camp. in vltima parte q. 69. column. 2. & Iaſon in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trinit. column. penult. Ita in cauſa * Parmenſi pecuniaria, inter Michaelem de Caſalibus, & Liuiam Pallauicinam. 20. Octobris. 1542. coram Puteo. Allegatur Socin. conſ. 291. circa princ. Bart. in l. cunctos populos. Alex. conſ. 129. lib. 5. Pau. de Caſtr. 224. Et dicitur ita iudicatum in cauſa de Tornaquincijs, & in cauſa magnifici Io. Baptiſtæ Theodorici.

* alias 341. lib. 1

DECISIO XI.

STatutum Eccleſiæ Placentinæ, conditum per Legatum auctoritate Apoſtolica, quo cauetur quod certis perſonis qualificatis, per Epiſcopum, & Capitulum prouideri debeat de portionibus, non ligat Papam, quin poſsit libere conferre cui vult. Ita in cauſa * Placentina canonicatus, coram Thoma, inter Garſiam de Caruaial, & Io. Solanum. 21. Aprilis. 1542.

* deciſ. 301. lib. 1

DECISIO XII.

COncilium Lateranenſe loquens de regreſsibus Cardinalium, intelligitur etiam de futuris & concedendis poſt Concilium. & verba ad ſex meſes intelliguntur a die factæ commendæ. vt inclinarunt Domini in cauſa * Placentina canonicatus, coram Io. Paulo, inter Didacum Veſga, & Alphonſum de Camerona. 18. Decembris. 1542.

* deciſ. 397. lib. 1

DECISIO XIII.

STatutum Vrbis, in prima parte cap. 157. in fin. dum dicit additio, quod poſt annũ non poſsit agi de nullitate, non tollit quin poſsit excipi. Ita in cauſa * Romana nullitatis, inter Curtium de Matthæis, & Vincentium de Albertonibus. 10. Nouembris. 1544. coram Io. Paulo. Allegatur Angel. conſ. 260. Franc. late in c. dilecto. de appell. q. 54. col. 40. nu. 163. Brun. in 3. part. in verb. nullitas. col. 10. verſ. aduerte quia. Non obſtat Dec. conſ. 8. & Iaſ. conſ. 302. col. fin. quia loquuntur de verbis. dici non poſsit. non de verbo agi. Item dicitur, quod ſtatutum non impedit quando nullitas eſt notoria. ad not. in l. vbi pactum. C. de tranſact. Paul. de Caſtr. conſ. 247. col. fin. vol. 2. Cald. conſ. 29. Calcaneus. conſ. 16. vlt. col.

* deciſ. 170. lib. 2

DECISIO XIV.

BVlla Sixti * de facultate teſtandi, comprehendit etiam iura. propter illa verba & alijs bonis quibuslibet. & quia eſt facta, vt Vrbs viris nobilibus ornetur. Non autem tantum propter ædificia. Ita in cauſa * Romana, prætenſæ ſocietatis ſcutorum 600. coram Aquenſi, inter Claudium Sablonum, & Ferdinandum. 24. Octobris. 1544.

* legẽdũ forte Leonina, vt ex deciſ. 161. lib. 2

* deciſ. 161. lib. 2

DECISIO XV.

STatutum præfatum, quod poſt annum nõ poſsit agi de nullitate, licet non tollat quin poſsit excipi, tamen excludit, ne quis replicãdo excipiat. Et licet dicatur quæſtio incidens, vel emergens, illa quæ deducitur per modum exceptionis vel replicationis, iuxta doctrin. Paul. de Caſtr. in l. prima de ord. iud. tamen nullitas quæ obijcitur contra poſſeſſorem, non eſt perpetua, ſed tollitur tempore. vt eſt tex. in l. quæſitum. §. in dolo. ff. de pecul. & ibi not. Bar. Et quãdo quis dicatur agere, vel excipere, declarat Paul. de Caſtr. in d. l. 1. col. 2. C. de ord. iudic. & Franc. in. c. dilecto. de appell. col. 4. in 3. quæſtione. Ita in cauſa Romana ſpolij domus, inter Iulium Pogiũ, & Gregorium de Mannis, coram Puteo. 22. Iunij. 1545.

DECISIO XVI.

STatutum de præſcriptione, tollit etiam debitum iuratum. ea ratione, quia inſtrumẽtũ non facit fidem propter ſtatutum, ſuper quo ſtatuentes potuerunt legem condere. Vnde annullato inſtrumento, non conſtat de iuramento, niſi aliunde probaretur. Ita in cauſa * Romana dotis & fructuum, corã Marſicano, inter illos de Capocinis, & Antonium de Thebolis. 27. Aprilis. 1541. Allegatur Paul. de Caſtr. conſ. 61. vol. 2. notandum eſt primo. Alex. conſ. 170. vol. 7. Socin. conſ. 97. in fin. Dec. conſ. 17. Vide Doct. in auth. ſacramenta puberum. C. de reſcin. vend.

* deciſ. 111. lib. 1 & vide deciſ. 500. a 3. lib. 2

DECISIO XVII.

STatutum quod mulier lucretur medietatem donationis propter nuptias liberis non exiſtentibus, ſi ipſi extent & poſtea moriantur, non facit quod ipſa ſuccedat in proprietate. Ita in cauſa Romana donationis propter nuptias, inter Angelum de Stephanellis, & Marium de Sabellis, coram Puteo. 14. Iunij. 1540. Allegatur in contrarium. l. feminæ. C. de ſecund. nuptijs. Sed fuit dictum in hoc caſu, mulierem non habere dominium. Allegatur pro deciſ. tex. in auth. ſed & ſi quis. C. de ſecund. nupt. & gloſſ. in l. hac edictali.

DECISIO XVIII.

STatutum excludens ſorores dotatas a ſucceſsione, excludit tam ab hæreditate fratrũ

qui dotarunt, quam illorum qui dotem non dederunt. Ita in cauſa * Romana hæreditatis & bonorum, coram Thanis, inter Brigidam Flores, & Franciſcum Flores. 17. Martij 1542. Allegatur in contrarium. Bal. in l. 1. C. de legit. hæred. qui dicit pro cõtraria parte. Paul. de Caſtr. conſ. 1. in nou. impreſſ. & conſ. 198. & Alex. conſ. 29. qui abunde. col. pen. lib. 1.

* de eiſ. 177. lib. 1.

DECISIO XIX.

STatutum de donationibus, non habet locum in nominatione, quæ fit virtute inſtrumenti cõductionis. vt infra de tranſact.

DECISIO XX.

STatutum quod poſt annum non poſſit dici de nullitate, intelligitur quod principaliter, & non ſimul committendo cauſam appellationis & nullitatis. Ita in cauſa * Romanæ prætenſæ dotis, inter Iuliã de Albertonibus & Paulum de Serezanis, coram Puteo. 15. Decembris. 1544. Ratio dubitandi erat, propterea quod ſtatutum eſt ſub rubrica ſtatutorum concernentium Capitaneum appellationum. & allegatur Brun. in tract. de conſtitut. decret. ſtatut. in verb. nullitas. in 12. col. verſ. Item communiter. Prius fuerat tentum in eadem cauſa die 10. Decembris, quod etiam ſi allegaretur defectus iuriſdictionis, quando iudex proceſſerat ſine adiuncto ſibi dato, nihilominus non poſſit agi de nullitate.

* decis. 188. lib. 2.

DECISIO XXI.

IN * eadem 15. Maij 1545. fuit reſolutum quod ſtatutum huiuſmodi, intelligeretur tam de nullitate ſententiæ interloquutoriæ, quam diffinitiuæ: quia eſſet inconueniens, quod citius terminaretur diffinitiua, quam interloquutoria. Allegatur inter alia conſ. Alex. 50. ſecundo vol. viſis actis. col. fin. In contrarium autem dicebatur, quod appellatione ſentẽtiæ, intelligeretur de diffinitiua. iuxta not. per Felin. in rub. de re iudic.

* decis. 266. lib. 2.

DECISIO XXII.

ITem in eadem * cauſa, 29. Martij 1546. tentum eſt. quod ſtatutum concernit deciſoria in quantum perimit litem, & inſtantiam. ideoque quod eſt ſeruandum in quocunque foro.

* decis. 416. lib. 2.

DECISIO XXIII.

IN eadem * cauſa. 29. Martij 1546. tentum eſt, quod ſi quis inchoauit dicere de nullitate, & ſint elapſa tempora, non poteſt amplius opponere, etiam per viã exceptionis, propter illa verba. nullatenus audiatur. Allegantur Doct. in l. poſtquam liti. C. de pact. Alex. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. col. fin. ff. de iureiur. Franc. c. 1. de appell. Felin. in c. ſignificauerũt. de excep. nu. 12. & in c. ex parte. nu. 7. de conſtit. Paul. de Caſtr. conſ. 288. vol. 1. Calcan. conſ. 16.

* decis. 416. lib. 2.

DECISIO XXIV.

STatutum permittens fructus dotium, non habet locum, niſi quando pignus eſſet traditum, & quis ex pignore tradito percepiſſet fructus. & qui illi ſubiacent iudicio Dei, vt in conſ. Alex. 31. vol. 6. & habet locum ſtantibus oneribus matrimonij, ideſt vxore viuẽte. Et etiam loquitur in fructibus qui diuino iudicio ſubiacent: puta in penſionibus domorum. & Socinus conſ. 179. col. 3. dicit, quod communis opinio canoniſtarum eſt, quod conuentio in qua promittitur aliquid durante dilatione ad ſoluendum nõ valet. Ita in cauſa * Romana dotis, inter D. Octauium Vrſinum, & D. Maherbalem Vrſinum, coram Marſicano. 14. Aprilis. 1542.

* decis. 316. lib. 2.

DECISIO XXV.

SEx mẽſes, qui dantur Cardinalibus quo ad beneficia ſuorum familiarium obtinenda, intelliguntur a die prouiſionis, nõ a die habitæ poſſeſſionis. Et quando dicitur in ſupplicatione. a die habitæ poſſeſſionis. requiritur derogatio Concilij. vt in cauſa * Sabinenſi, Archipresbyteratus, inter Cardinalem Tranenſem, & Marcum Antonium de Prudentibus, coram Auguſtino 26. Octobris. 1546.

* decis. 168. lib. 3.

DECISIO XXVI.

STatutũ quod obtinentes portiones poſſint optare canonicatus, procedit etiam ſi quis haberet portionem grauatã onere pẽſionis 100. ducatorum. Ita tentum fuit in cauſa * Salamantina canonicatus, coram Puteo. 8. Octobris. 1548. inter Andream Loart, & Michaelem de Alphano. Sed fuit dictum, quod daretur dubium, an Antonius teneretur diſgrauare portionem. Allegabatur tamẽ, quod penſio nõ fuerat poſita in fraudem, prout in libro ſuo 3. fol. 58.

* decis. 155. lib. 3.

DECISIO XXVII.

STatutum Eccleſiæ Salamantinæ circa præcedentiam Doctorum, intelligitur ſecundum ius commune, quod prius Doctoratus

ratus in vno gradu non præcedat doctoratum poſtea in vtroque, vt in cauſa * Salamantina Præeminentiæ & antiquitatis, coram Rauellenſi. 14. Decembris. 1545. inter Ioannem & Laurentium Perez, & D. Laurentium de Aldeto. Ex quo enim ſtatutum exorbitat, eſt facienda ſtricta interpretatio. * decis. 540. lib. 2.

De Conſuetudine.

DECISIO I.

CONSVETVDO quod Locumtenens generalis in ſuis citationibus & decretis non inſerat facultates ſuas, dicitur præter ius. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana de Alambra, coram Fabio. 1. Aprilis. 1549. Dictum enim fuit, quod licet per iudicem delegatum ſint inſerendæ facultates, tamen iſte nõ eſt delegatus, ſed habet ordinariam poteſtatem, quia generalis locũtenens, vt Vicarius Epiſcopi. vt in c. 2. de off. Vic. lib. 6. vbi Franc. Licet in Locumtenente ſpeciali ad certum locum ſit difficultas. Ideo in caſu iſto ſufficiunt decem anni, ad not. in c. fin. de conſuet. lib. 6. * decis. 140. lib. 3.

DECISIO II.

STante conſuetudine, quod coram Ordinarijs ſufficit citare partem ad ſententiam pro vna die & alijs ſequentibus dicebatur; illam conſuetudinem introductam fuiſſe etiam coram delegatis, per quandam interpretationem. & ſic volebat iſta pars, quod eſſemus in conſuetudine interpretatoria. Sed Domini dixerunt, talem conſuetudinem eſſe contra ius, ideo quod requirebantur quadraginta anni. in cauſa * Cæſarauguſtana matrimonij, coram Marſicano. 4. Maij. 1541. * decis. 122. lib. 1.

DECISIO III.

COnſuetudo præſcripta, non tollitur per vnicum actum contrarium. vt infra de præſcriptionibus.

DECISIO IV.

OPtandi conſuetudo non cadit in beneficijs reſeruatis, etiam per regulam octo menſium. Ita 16. Aprilis. 1543. in cauſa * Mediolanenſi optionis, inter Franciſcum Caſſanum, & Bartholomæum de Placentinis, coram Rauellenſi. Caſſador. 4. de conceſſ. præb. Et in generali loquitur Gemin. conſ. 30. Card. conſ. 16. in fin. * decis. 4 lib. 2.

DECISIO V.

COnſuetudo optandi, inducitur ſpatio decem annorum. vt in vna * Mediolanenſi optionis, coram Peregrino. 16. Iauuarii. 1545. Et ibi, quod ex diſtinctione illa non probabatur, quod præbendæ eſſent annexæ. quia licet ſit certus numerus canonicorum, & quilibet canonicus habeat ſuam præbendam; tamen non dicuntur illis annexæ, adeo quod mutetur titulus canonicatus per optionem præbendæ. iuxta deciſ. Caſſador. 17. de præb. * decis. 196. lib. 2.

DECISIO VI.

COnſuetudo optandi procedit, etiam ſi optans haberet præbendam dimittendam, grauatam penſione. vt ſupra de conſtitut.

De Ceſsione actionis.

DECISIO I.

CESSIONARIVS poteſt intentare directas nomine cedentis, licet cedens nihil ſibi reſeruauerit, ſed ceſſerit ſpem & exercitium, & omnia. vt dicit Iaſ. in l. ſi cum emptore. ff. de pact. Ita in cauſa * Parmenſi pecuniaria inter Michaelem Caſalium, & Liuiam Pallauicinam. 12. Nouembris. 1543. Ratio fuit, quia erat facta ceſſio de re quæ cedi non potuerat, vt præſupponebatur. cum Borraſcus, qui cenſebatur continuare poſſeſſionem, virtute decreti Mediolani ceſſerit ius in Gregorium Caſalium, quod ius cedi non poterat, ex quo ſibi competebat contra ius commune, vt dicit Alex. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſolut. matrim. & Rom. conſ. 484. & Iaſ. in l. fin. §. fin. ff. de nou. oper. nunc. Actio enim priuilegiata non ceditur. vt per Bart. & Alex. in l. poſt dotem. §. pen. ſol. mat. licet in contrarium allegaretur tex. in l. quid ſi in diem. §. Iulianus. ff. de pet. hered. & Bar. in l. 1. §. fin. de op. nou. nunc. Sed aduerte quod reſolutio iſta non fuit bene firmata. quia licet ius continuandi poſſeſſionem forte non poſſit cedi, poteſt tamen cedi ius agendi ad recuperandum poſſeſſionem, qua fuit ſpoliatus cedens antequam cederet. cũ prius poſſideret virtute decreti. Item, quia iuxta l. 3. C. de nouat. non eliditur ius cedentis per ceſſionem directarum quin agere poſſit, niſi in tribus caſibus ibi notatis per Doct. Qui dicunt. hoc inductum fauore ceſſionarij, qui exerceat directas nomine cedentis. & iſto modo reſultaret in eius præiudicium. * decis. 49. lib. 2.

De Decimis, primitijs, & oblationibus.

DECISIO I.

DEcimae zuccari ſolui debent in zuccaro non deductis expenſis factis etiam poſt reconditas cannas in conficiendo zuccarum, vbi requiritur opera manualis. vt in cauſa * Canarienſi zuccarorum, coram Verallo 23. Martij. Hoc enim reſolutum eſt propter aliam deciſionem, factam coram Ioanne Paulo, vt in ſuis deciſionibus, quod decima debet ſolui in zuccaro, licet ſoluatur in oliuis non in Oleo. Licet diceretur in contrarium, quod ſoluitur in vino non in vuis. vt per Doct. in c. peruenit. de decimis. Vide deciſ. Io. Pauli.

* deciſ. 95. lib. 1.

DECISIO II.

MOlendinarij tenentur ſoluere decimam zuccari ex aceruo non decimato, nõ ex aceruo decimato. Ita in eadem cauſa, corã Io. Paulo. 12. Maij. 1540.

DECISIO III.

PRimitiæ ſolui debent Eccleſiæ, ſicut decima prædialis. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana primitiarum, coram Achille. 19. Octobris. 1548. iuxta tex. in c. 1. iuncto. c. fin. de parochijs. Abb. conſil. 58. lib. 1.

* deciſ. 169. lib. 1

De Decreto irritanti.

DECISIO I.

DEcretum in indulto appoſitum, annullat prouiſionẽ Papæ alteri factam. etiam ſi Cardinalis non conferat infra ſex menſes. Ita in cauſa * Rauennatenſi Prioratus S. Crucis, coram Thoma de Thanis, inter R. P. D. Proſperum de ſancta Cruce, & Iulium Gallettum. 15. Decembris. 1542.

* deciſ. 386. lib. 1.

DECISIO II.

DEcretum Regulę, quod Cardinales abſentes habeant tantum ſex menſes, ſufficit etiam ſi in illa diœceſi ſit vna ſola expectatiua tantum, & expectans, illam non acceptet, ſed alius impetret. Ita in dicta cauſa, * coram Rauellenſi. 28. Ianuarij. 1544. Et idem tentum eſt 12. Maij. dicti anni.

* deciſ. 90. lib. 2.

DECISIO III.

DEcretum in indulto Cardinalis appoſitũ, non inficit poſſeſsionem, quia ſuper incerto tempore. iuxta deciſ. Caſſador. 2. de reſtit. ſpol. Ita in cauſa * Salamantina præſtimonij de la Zogne, coram Puteo, quam habes. Et habes aliam informationem in eadem. An ſtante regreſſu ob ſolutionem, ſit reſtituendus ſpoliatus ab habente talem regreſſum.

* deciſ. 26. lib. 3.

De Dilationibus, & Remiſſorijs.

DECISIO I.

REmissoria datur in cauſa ſpolij, ſi non fuit ſpecialiter intẽtatum ſpolium, ſed veniat tanquam in ventre petitorij. Ita in cauſa * Adrienſi ſpolij, coram Puteo. 23. Martij. 1548.

* hoc idẽ deciditur deciſ. 405. lib. 2. ſed cauſa non eſt eadem.

DECISIO II.

REmiſſoria fuit data in tertia inſtantia contra poſſeſſorem, ad probandum diem factæ gratiæ, pro tollenda præſumptione antidatationis. Ita in cauſa Auguſtenſi canonicatus, coram Proſpero. 6. Decembris. 1545.

DECISIO III.

PEndente termino remiſſoriæ, poſſunt concedi compulſoriales, & h. ſiue pars prodit in pronunciatione non in iſtis. * 10. Iunij, coram Puteo.

* deciſ. 156. lib. 1.

DECISIO IV.

SEcunda remiſſoria datur aliquando, etiam quod iam data fuiſſet alia, quæ non fuit expedita, & virtute alterius nihil boni fuerit probatum. Ita factum eſt in cauſa Burgenſi bonorum, coram Puteo 13. Maij. 1547. Allegatur Rota deciſ. 20. de teſtib. in nou. Et dicitur non obſtare Felin. in c. 1. col. 3. de appell. Et maxime quia agitata fuerat cauſa per procuratorẽ male inſtructum. vt not. Ægid. deciſ. 645. in fin. & 427. & 625.

DECISIO V.

REmiſſoria data fuit in prima inſtantia pro teſtibus ſenibus, & infirmis, illis tamen nominatis, vt ceſſaret calumnia. ſed data fuit pro non poſſeſſore. qui cum vellet examinare in partibus, cauſa ibi pendente, fuit inhibitum per Rotam. Ita in cau

ſa.

ſa * Calaguritana dimidiæ portionis, corã Io. Paulo 7. Octobris. 1545. Allegatur tex. in c. quoniam. vt lit. non conteſt. ibi gloſ. in verbo. niſi forte. Vbi ne veritas occultetur permittitur examinari. & Rota 109. & * 110. in antiq.

* decis. 197. lib. 1.

* alias 3. de teſtib.

DECISIO VI.

REmiſſoria datur etiam ad probandum contra erroneam confeſſionem, ſi conſtet de fumo erroris. Ita in cauſa Calaguritana canonicatus, coram Reomano. 2. Decembris. 1547.

DECISIO VII.

REmiſſoria fuit data in cauſa * Catanienſi illegitimitatis coram Puteo, 11. Martij 1549. non obſtante lapſu duorum menſium datorum ad probandum in cauſa illigitimitatis. per c. lator. qui fil. ſint leg. ex quo hic ceſſabat ſuſpicio calumniæ, cum alius eſſet poſſeſſor. etiam quod cauſa eſſet agitata in partibus, & peteretur cauſam remitti ad partes, ex quo erant lapſi dicti duo menſes.

* decis. 222. lib. 3.

DECISIO VIII.

LIcet tempus debeat currere a die præſentationis Breuis. vt in c. ſuper eo. de appell. il ſecondo, in vltimo reſponſo, tamen ſi breue dicat. ex nunc infra ſex menſes. vel colligi poſſit dolus partis, quæ non præſentauit, currit a die Datæ. Ita Franc. ibi, col. 2. Ita in cauſa Conimbricenſi Monaſterij de Loruan, coram Puteo. 14. Maij. 1540.

DECISIO IX.

REmiſſoria non datur ad probandum attentata. Rot. 7. & 35. de prob. in antiq. & 10. de appell. 161. & 4. vt lit. pend. in nou. in addit. Ita in cauſa * Conimbricẽſi attentatorum, coram Fabio. 15. Maij. 1545 Sed in hac cauſa conſtabat quaſi de calumnia, & de non iure petentis remiſſoriam. Item, non datur remiſſoria quando illam petens, alias induxit falſos teſtes.

* hoc idẽ deciditur. decis. 212. lib. 1. n. 2. ſed cauſa non eſt eadem.

DECISIO X.

DIlatio datur etiam actori, quãdo ſuperuenit ius lite pendente. Ita in cauſa Conchenſi beneficij S. Michaelis. 30. Maij. 1541. coram Puteo. Facit deciſ. Caſſador. 1. de dilat.

DECISIO XI.

DIlatio denegatur quando quis fuit citatus ad dicendum contra iura noua, & nihil oppoſuit, nec dilationem petijt. Ita in cauſa * Conchenſi de la Motilla, coram Sarnenſi. 2. Maij. 1541. inter Petrum Gomez, & Ludouicum de Torres.

* decis. 119. lib. 1.

DECISIO XII.

DIlatione conceſſa apprehenſo in curia poteſt Auditor decernere compulſoriales, & facere alios actus non repugnantes dilationi. iuxta doctr. Bart. in l. 2. in fin. verſ. Item quæro, an vna dilatione pendente. ff. de re iud. Bal. in l. ſiue pars. C. de dilat. in princ. Franc. in c. ſignificaſti. de appell. nu. 10. Georg. Natt. in Clem. ſæpe. in 3. fallen. Soc. in reg. 93. fall. 16. Ita in cauſa * Gerundenſi canonicatus S. Felicis. 30. Octobris. 1542. coram Thoma.

* decis. 352. lib. 1.

DECISIO XIII.

TEmpus ſex menſium ad expediendum litteras. & ſoluendũ iura Cameræ de beneficijs reſeruatis, non currit probabiliter ignoranti, vt infra de priuileg.

DECISIO XIV.

LIcet a tergo remiſſoriæ ſit appoſitũ, quod alter conſtituit procuratorem pro illarũ exequutione, ſi non ſit appoſita ſubſcriptio notarij, valet examen illis non citatis. Nec refert cõſtitutio procuratoris apud acta nõ intimata, ſi non eſt facta in termino ad conſtituendos procuratores. Ita in cauſa Gienneenſi parochialis de Villanoua, coram Rauellenſi 19. Iunij. 1541.

DECISIO XV.

QVando quis promiſit ſtare vnicæ ſententiæ, ad effectum vt obtineat remiſſoriã, ſi poſtea obtinuit duas ſententias pro ſe, & tertia feratur contra eam, an ille poſſit appellare. fuit dubitatum in vna * Montiſregalis canonicatus, coram Puteo. 13. Maij 1541. inter Io. Felicem de Caſtillo, & Petrum Aurelium,

* decis. 52. lib. 1.

DECISIO XVI.

REmiſſoria etiam quandoq; non obſtante quod fuerit data alteri parti, & quod tunc hodie ille petat remiſſoriam, nõ poterit eam ſibi concedi, cum iſte dicat, crediidiſſe aduerſariũ nihil poſſe ꝓbare. Et ratio quia voluit grauari inutili impenſa. Ita in cauſa Neapolitana domus, corã Raynaldo 2. Maij. 1541.

DECISIO XVII.

LIcet fuerit præfixus terminus ad docendũ de nullitatibus bis aut ter, & nihil fuerit

rit dictum de regula de annali, & propterea iudex proceſſerit ad exequutionem, tamen propter huiuſmodi termini præfixionem nõ tollitur, quia dari poſſit de huiuſmodi regula, quia præfixio fit ad hoc, vt exequutio dicatur bene facta. Ita in cauſa nullius Abbatiæ, coram Puteo. 13. Maij. 1541. inter Io. Felicium, & Petrum Aurelium.

DECISIO XVIII.

REmiſſoria ad probandum, quod ille qui iurauerat paupertatem, eſt diues, fuit denegata, quia agebatur de delicto. In cauſa Virdunenſi canonicatus, coram Puteo, inter Nicolaum Butiero, & Petrũ Graſetti. 14. Martij. 1545. Allegantur not. in authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. & deciſ. 7. & 36. de prob. in antiq. & 4. vt lit. pend. in nou. & Caſſad. 4. hoc tit. Et licet ipſe dicat aliquando dari, fuit tamen conſideratum hic, quod potuiſſet procedi criminaliter contra iſtum; id quod Rota abhorret.

DECISIO XIX.

REmiſſoria conceditur de nouo ad reprobandum teſtes, ſi rotulus fuit clauſus, termino ad probandum non elapſo, & iudices non receſſerunt, vt in cauſa Toletana decimarum. de quo infra de teſtib.

De Diſpenſationibus.

DECISIO I.

DISPENSATIO obtenta ſuper retentione beneficiorum cum Archiepiſcopatu, non ſuffragatur ſi poſtea ille permutat Archiepiſcopatum cũ Patriarchatu, ſed requiritur alia diſpenſatio. Ita in vna Brixienſi fructuum, coram Proſpero inter Hoſpitale, & Patriarcham Conſtantinopolitanum. 30. Maij. 1544.

DECISIO II.

BEneficia inferiora curata, vel dignitates, vacant per promotionem ad Cardinalatum, vt infra de præben.

DECISIO III.

PRomotio ad ordines facta per Epiſcopum in aliena diœceſi, non eſt bona etiam quod dicat, illam feciſſe de licentia proprij Epiſcopi, niſi conſtet aliter de tali licentia. Ita in cauſa * Calaguritana Prioratus de lo Grogno, coram Thoma. 6. Nouembris. 1542. Facit conſil. Caſſan. 2.

* Totum cõtrarium dicit deciſ. 349. lib. 1. quæ fuit facta in cauſa hic allegata, & deciſ. 397. lib. 2.

DECISIO IV.

BVlla Clemẽtis de filijs presbyterorũ, intelligitur quo ad beneficia, quæ pater obtinuit poſt Bullam, non ante Bullam. Ita in cauſa * Calciatenſi canonicatus, coram Fabio. 11. Martij. 1549. Ponderatur verbum de cætero. & relatiuum. quæ. & quod lex trahitur ad futura. & quod Clemens intendebat tollere fraudes in futurum fiendas. Et in caſu iſto pater iamdiu ante reſignauerat alteri. & poſtea vacante beneficio per obitum, Capitulum contulerat filio, qui etiam fuerat diſpenſatus ante Bullam. quæ non tollit præteritas, ſed tantum futuras diſpenſationes.

* deciſ. 214. lib. 3.

DECISIO V.

STatur aſſertioni Epiſcopi promouentis, quod examinauit teſtes & reperit illum habilem, & quod ideo contulit ordines. Ita in cauſa * Conchenſi parochialis de Salmeron. 23. Maij. 1544. coram Io. Paulo. Allegatur Felin. in c. poſt ceſsionem. de prob. Rota. 448. & 498. in ant. Et facit Aegid. 377. & 618. licet in principio dicat contrarium quando ageretur de magno præiudicio. Facit, quia erant dati poſtea maiores ordines, per quos probantur priores. l. ſi ſolennibus. C. de fid. inſtrum. & ibi Bald. in princ. not. Innoc. in c. 1. de cleric. pereg. ad fin. Faciunt not. per Felin. in c. Albericus. de teſtib. licet Caſſan. conſ. 2. dicat, quod non creditur Epiſcopo dicenti ſe ordinaſſe in aliena diœceſi de conſenſu proprij Epiſcopi. Vide ſupra deciſ. 3. hoc titulo.

* deciſ. 140. lib. 2.

DECISIO VI.

PApa cenſetur diſpenſare ſi concedit clerico, eius familiari, gratiam ad beneficia ſecularia, vel regularia in titulum, etiam ſi non vtatur verbo diſpenſamus. Ita in cauſa Dertuſenſi ſacriſtiæ, corã Reomano 12. Iunij. 1545. inter Gulielmum Caſſadorũ & Alexandrum Oliuam. vbi Papa conceſſerat gratiam Ioanni del Millan. ad duo beneficia, ſecularia vel regularia. & Papa in inſcriptione appellabat eum, clericum, & familiarem ſuum. Allegatur Felin. in c. cum vigeſimum. de offic. deleg. & plura alia colligit. Cald. conſ. 8. de præben. Et iterum fuit reſolutum 22. Iunij. quia gratia erat ad ſecularia, vel regularia. & omnino diſpenſatio erat neceſſaria, ſiue eſſet regularis, ſiue ſecularis.

DE

DECISIO VII.

MAndatum de diſpenſando, habet vim diſpenſationis. vt tenuerunt Domini in cauſa * Imolenſi parochialis de Mazincola, coram Mohedano, prima Februarij. 1542. in qua tamen agebatur ſpolio. Io. And. poſt Hoſt. in c. litteris. de reſtit. ſpoliat. & ibi Collect. in fin. Alexandrinus in c. quia circa de conſang. & affin. & ibi Collect. Ægid. conſ. 28. col. 3. Tamen audio, quod poſtea Domini contrarium dixerunt, ponderando clauſulam, ſi ita eſt. Hãc deciſionem in cauſa Imolenſi late affirmat & ſimpliciter refert Mohedanus deciſ. 140. nunc. 11. de reſt. ſpoliat. & vide infra deciſ. 11. hoc titulo.

* deciſ. 249. lib. 2.

DECISIO VIII.

QVãdo quæ * diſpenſationes tendunt ad eundem finem, in ſecunda non eſt facienda mentio de prima. vt in cauſa Leodienſi decanatus, coram Rauellenſi. 14. Februarij. 1547.

* pro declaratione vide deciſ. 640. lib. 2.

DECISIO IX.

ANnus qui datur ad obtinendum curatũ vna cum alijs, currit a die habitæ poſſeſſionis, & non ante. per not. in c. de multa. de præben. & in c. licet canon. de elect. Ita in eadem cauſa Leodienſi decanatus, corã Reomano. 10. Iunij. 1549.

DECISIO X.

SVb ſimplici, in odioſis, non venit caſus mixtus. Ideo diſpenſatio non ſuffragatur quando impedimentum conſanguinitatis proueniebat ex duplici capite in ſecundo, ſi id non exprimatur in ſpecie. Ita in cauſa * Meſſanenſi Baroniæ, coram Puteo. 20. Maij. 1547. Et non obſtat dictum Calderini conſ. 1. de cõſang. & affin. quia procedit, vbi facultas fuit conceſſa motu proprio, etiam quod exprimeretur quod Epiſcopus poſſit certas perſonas legitimare. non autem procedit quando facultas legitimandi, eſt ad ſupplicationem partis.

* deciſ. 39. lib. 3.

DECISIO XI.

MAndatum de diſpenſando cum clauſula. ſi ita eſt. non habet vim diſpenſationis, ſed requirit factum hominis. & dictum Ioan. And. loquitur vbi Papa ſimpliciter mandat. Secus eſt quando cum illa clauſula. ſi ita eſt. quæ ſaltem requirit proceſſum fulminatum. prout Pariſ. conſ. 57. volum. 4. Ita in dicta * cauſa. 13. Iunij. 1547.

* deciſ. 41. in fin. lib. 3, ſed eſt notata cauſa ſub die 27. Maij.

DECISIO XII.

HAbens diſpenſationem ad duo, etiam ad obtinendum duos canonicatus & dignitates non obſtante defectu natalium cũ fuit poſtea creatus canonicus in duabus Eccleſijs, cum expectatione præbendæ. non facta mentione defectus natalium, vel diſpenſationis. Rota tenuit gratiam eſſe nullam. In vna * Ouetenſi canonicatus, coram Raynaldo. 23. Martij. 1541. inter Fortunium, & Aluarum de Solis. Allegantur not. in c. 2. de fil. presbyter.

* deciſ. lib. 2.

DECISIO XIII.

STatur aſſertioni Epiſcopi ordinantis in aliena diœceſi, quod id fecit de licentia Ordinarij. vt in cauſa * Ouetenſi canonicatus, coram Puteo. 1546. Allegatur Felin. in c. Albericus. de teſtib. & in c. ſicut. col. 2. de re iud. Vide ſupra deciſ. 3. hoc tit.

* deciſ. 397. lib. 2.

DECISIO XIV.

DE diſpenſatione facta ſine cauſa legitima ſuper matrimonio, quod licet filij dicantur legitimi, non dicuntur nati ex legitimo matrimonio. infra de ſponſalibus.

DECISIO XV.

QVando fuit expreſſus defectus, ſi Papa concedit gratiam videtur diſpenſare, non obſtante quod ſit oppoſitum de regula. Ita in cauſa * Salamantina portionis, coram Rauellenſi. 6. Aprilis. 1543. inter Beltrandum de Robles, & Frãciſcum Maldonado. Allegatur Felin. in c. ſi quando. de reſcr. & in c. præterea. de teſtib. cog. & Aegid. 333. vbi vide. Sed quæras, quomodo reſpondeas regulæ.

* deciſ. 438. lib. 2.

DECISIO XVI.

POrtiones non ſunt incompatibiles cum dignitate in eadem Eccleſia, nec de iure cõmuni, nec ex conſtitutione Nicolai. Ita in cauſa * Salamantina canonicatus, coram Puteo. 15. Martij. 1549.

* deciſ. 227. lib. 3.

De dolo & contumacia, & de exequutione citationis.

DECISIO I.

CItatio generalis contra filios & hæredes per edictum, non eſt bona, ſed ſunt exprimenda nomina, iuxta deciſ. Aegidij. 678. & 679. Bart. conſ. 21. Zabar. conſ. 74. Felin. in

* deciſ. 6. lib. 2 c. 2. de conſtit. Ita in cauſa * Burgenſi matrimonij, coram Tolomeo. 16. Aprilis. 1543 Et hoc procedit tanto magis ſi locus diſtet per triginta milliaria, & ſic dicatur quod de facili notitia haberi non potuit.

DECISIO II.

Citatio directa clericis tabellionibus, & Notarijs quibuſcunque, etiam in cauſa beneficiali, poteſt exequi per Notarium etiam non clericum, non obſtante illa copulatiua. quæ intelligi debet pro ſeu. cum ſit intelligenda ſecundum mentem agentis, & proferentis. vt late per Alciat. in l. ſæpe. de verb. ſign. §. cum vero. & in l. in eo. ff. de reg. iur. Et facit, quia multoties ſufficit vnum ex copulatis adeſſe. l. 1. ff. de his, qui not. infam. Facit etiam dictio. quibuſcunque. quæ eſt diſtributiua. Bart. in l. hoc articulo. de hær. inſt. Ita in cauſa * Conimbrigẽſi parochialis de Penna Cueua, coram Thoma 9. Martij. 1541. * deciſ. 82. lib. 1.

DECISIO III.

Qvamuis Aegid. deciſ. 94. dicat, quod etiam ſi mandatum ſit citationem exequi in tribus locis, ſufficit ſi ſit exequuta in duobus. tamen intelligitur quando, etiam in Curia fuit exequuta in duobus, vt per Caſſad. 1. hoc titulo. facit deciſ. 5. de reſcr. in nou. & 33. eodem titulo in antiq. & Felin. in c. quoniam. §. porro. col. 4. vt lit. non conteſt. Ita in cauſa * Conimbrigenſi ſpolij de Loruan, coram Puteo. 27. Nouembris. 1542. * Vide deciſ. 107. lib. 1.

De Donationibus.

DECISIO I.

Licet donatio propter nuptias conferat effectum poſt mortem, tamen eueniente conditione retrotrahitur, & attenditur initium, etiam in præiudicium creditorum concurrentibus coniecturis. Ita in cauſa Auinionenſi pecuniaria, coram Verallo.

DECISIO II.

Donatio facta concubinæ & filio ſpurio, licet non valeat quo ad filium, accreſcit tamen matri. Iaſ. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. Et poteſt ratificari poſt obitum, ſtante pendulitate.

De Aegidiana.

DECISIO I.

Egidianæ locus eſt, etiam ſi quis coactus ſit probare ſe legitimum. & naturalem. & ſic licet videatur quod non ſit merum poſſeſſorium, non refert. quia hoc concernit legitimationem perſonarum. Pariſ. conſ. 108. nu. 10. Ita in cauſa * Anagnina Caſtri, coram Ioanne Paulo. 18. Maij. 1545. * deciſ. 270. lib. 2.

DECISIO II.

Aegidianæ locus eſt, etiam quod quis ſucceſſerit tanquam primogenitus, & ſic coactus fuerit probare de dominio. per plures rationes, quas habes in cauſa * Placentina Caſtri Sarmati. 5. Iunij. 1545. coram Peregrino. * deciſ. 185. lib. 2.

DECISIO III.

Locus eſt Aegidianæ, etiam quãdo agitur ſuper iuriſdictione contra priuatum. nec poſſeſſorium iſto caſu dicitur habere admixtã cauſam proprietatis. vt in cauſa * Romana Caſtri Feliciani, coram Puteo. * deciſ. 11. nu. 4. & hoc idẽ deciditur deciſ. 379. lib. 3. & vide deciſ. 276. lib. 1

DECISIO IV.

Non eſt licitum appellare, licet ego ſpoliator obtinuerim vnam ſententiam, quæ in ſecunda inſtantia, cũ alter appellaſſet, ex eiſdem actis, fuit reuocata per Rotã ſtante Aegidiana quæ dicit. niſi ſententia fuerit notorie iniuſta, Ita in cauſa Romana, ſeu Aquilana, ſpolij vaccarum, coram Fabio. 15. Decembris. 1544. Inter Octauianum Zeno, & Ioannem Franciſcum Porcinarium. Allegatur quod ex quo prima ſententia fuit nulla, perinde eſt ac ſi lata non fuiſſet. ad c. cum Bertoldus. de re iud. & ibi Imol. & Abb. & Felin. in c. inter cæteros. eodem titulo. col. 2. Imol. & Alex. in l. ex diuerſo. §. 1. ſol. mat. Igitur non eſt conſiderabilis appellatio, quæ non erat neceſſaria, nec poteſt dici cauſam factam appellabilem.

DECISIO V.

Reſtitutio in integrũ peti poteſt, licet non poſſit appellari. vt infr. de reſtit. in integ.

DECISIO VI.

Aegidiana comprehendit cauſas pendentes per appellationem, non obſtante quod ante illius confirmationem, eſſet lata ſententia in prima inſtantia. Ita in cauſa * Romana domus, ſeu ſpolij inter filios Galeotti Aduocati, & canonicos S. Petri, corã Hieronymo Verallo. 18. Iunij. 1540. Allegatur Felin. in c. fin. col. 5. qui declarat dictum Ang. in auth. in medio litis. * hoc idẽ deciditur deciſ. 469 lib. 2. ſed non eſt eadem cauſa

DE-

DECISIO VII.

QVando in ſententia continetur aliqua pars a qua poſſit appellari, licet aliqua ſit à qua nō daretur appellatio, licitum eſt appellare a tota ſententia, & nō habet locum Aegidiana. Ita in cauſa Romana hæreditatis Vitruuij, inter Iacobam Venetam, & Liberatam Guelpham, coram Puteo. 12. Decembris. 1547. Allegatur quoddam conſ. Bald. * 280. vol. 3. quod non inueni in libro meo. Vide Pariſ. conſ. 1. vol. 1. nu. 13.

* Aduerte, quia conſ. Bal. eſt ſecūdū antiquam impreſsionem. 126. lib. 3. col. 4 verſ. illud etiam non omitto. & ſecundum nouam impreſsionē eſt conſil. 241. nu. 7. lib. 2

DECISIO VIII.

LIcet ante Aegidianam lata eſſet ſententia pro Raynutio Bagliono, tamen cum poſt Aegidianam, ſecunda fuerit lata pro Comitibus de Martiano, fuit tentum eſſe locum Aegidianæ. in cauſa * Vrbeuetana, & Peruſina Caſtrorum, coram Rauellenſi. 20. Octobris. 1546. Fundamentum erat, quod Aegidiana cōcernit ordinatoria. vt per Felin. in c. ſuper his. de accuſ. & Gozzad. cōſ. 26. vol. 2. in fin. Nec obſtat quod ſententia Raynutij, deberet eſſe eiuſdem conditionis. quia quando illa fuit lata, non aderat Aegidiana. Vnde nō obſtāt not. in Clem. 1. de ſeq. poſſ. & Caſſad. 1. eod. tit. quia ibi nihil ſuperuenerat vt hic. Item, Clem. dicit vnam ſententiam. textus autem innouatus per Aegidianam in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. dicit, in cauſa poſſeſſorij, non poſt vnam.

* decif. 469. lib. 2

De emptione, & venditione, ac euictionibus.

DECISIO I.

INTIMARE ſufficit litem auctori etiam in tertia inſtantia. iuxta gloſ. in l. ſi rem quam mihi. §. fin. ff. de euict. quæ loquitur in cauſa appellationis, licet non dicat in tertia inſtantia notat Decius in c. fin. de empt. & vend. Ita reſolutum eſt in cauſa Neapolitana ſiue Romana. pecuniaria, coram Puteo 23. Martij. 1544.

DECISIO II.

LIcet per pactum conſtituti, cenſeatur tradita poſſeſsiō ciuilis & naturalis, tamen non cenſetur tradita actualis poſſeſſio. vt in cauſa * Romana pecuniaria, coram Proſpero, inter Marcum Caſalium, & illos de Pichis. 17. Octobris. 1547. Allegatur Corn. conſ. 343. & Iaſ. in l. ab emptione. nu. 12. ff. de pact.

* decif. 49. lib. 3

DECISIO III.

QVando conſtat de nō iure illius qui mihi cōtulit in ſuo turno, ego poſsū agnoſcere bonam fidem, & concordare cum alio habente melius ius, non expectata declaratione. Et conſtito notorie de illo meliori iure, ille qui mihi contulit, non amiſit ſuum turnum. vt infr. de præben. in cauſa Salamantina canonicatus. Hoc facit ad propoſitum illius quod dicitur, vēditorem teneri de euictione quando non fuit ſibi denunciatum, ſi conſtat de non iure venditoris.

DECISIO IV.

EVicta re facto Principis venditor non tenetur. per tex. in l. Lucius. de euict. & ibi Bart. dum dicit, quod illa quę contingunt poſt venditionem, venditor de illis non tenetur. Cum igitur factum Principis, æquiparetur caſui fortuito, de eo venditor non tenetur. Ita reſolutum fuit in cauſa * Bononienſi Palatij. coram Puteo. 13. Aprilis. 1551. Sed fuit dictum, quod dubitaretur, an, ex quo confiſcatio erat facta ad vtilitatem cameræ Bononienſis, ipſa teneretur ad precium ſicut Princeps teneretur. & ob factum & ordinationem Principis, emptor notariatus habuit remiſſionem in ſoluendo, quando ex illa ordinatione officium diminuitur introitu. quia dicitur caſus fortuitus, etiam quod præceſſerit iuramentum, & obligatio ad caſum fortuitū, vt late Aymon. conſ. 95. in princ. lib. 1.

* decif. 381. lib. 3.

De Exceptionibus.

DECISIO I.

EXCIPIENS contra inſtrumentum, & in ſpecie contra cautionē datam in eo, & perſeuerans vſque ad ſententiam incluſiue, non poteſt recedere, & poſtea agere contra fideiuſſorem. maxime ſi non fuit præſens contractui, ſed Notarius pro eo eſt ſtipulatus. gloſ. in l. illud. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi Paul. & in conſ. 195. Viſis his quę narrantur. col. 3. verſ. vidēdum eſt Bal. in l. nec erit. §. ſatiſdatio. ff. de adopt. & c. quamuis. de vſuris. lib. 6. Dec. conſ. 126. & 464. & 598. Et quod debeat quis deſiſtere ante ſententiam, eſt tex. in l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoff. teſtam. Felin. in c. cum te. de reiud. & in c. capitulum. de reſcrip. col. 13. Ita in cauſa Cęſarauguſtana fideiuſsionis, corā Mohedano. 20. Februarij. 1540.

DE-

DECISIO II.

EXceptio compenſationis non fuit admiſſa, in cauſa Cęſenatenſi compẽſationibus, coram Aquenſi. 2. Maij. 1541. Blaſius enim obtinuerat, ſibi adiudicari beneficium, & taxari, & liquidari fructus, & expenſas ad 300. & poſt modum orta lite ſuper c. Odoardus. & facta aſſignatione fructuum pro certa parte ipſi Blaſio, Blaſius ſub certo prætextu. cõtrauenit inhibitioni, & ideo fuit condemnatus in negocio attentatorum. & aduerſarius eius agere cœpit ad exequutionem contra eum. Blaſius vero opponebat compenſationem. quam Rota denegauit, quia cauſæ non erant æqualiter priuilegiatæ. per not. per Dec. in c. ex parte. de reſcr. col. 4. verſ. quarta concluſio. Facit, quia cauſæ debent eſſe pariter priuilegiatæ. vt per Felin. in c. ſuborta. de re iud. & Doctor. in c. fin. de ord. cognit.

DECISIO III.

EXceptio de iure tertij, debet eſſe clara, & excluſiua iuris agentis. etiam ſi tertius agere nollet. Bar. in l. 2. de except. rei iud. Nec habens rem iudicatam cõtra ſe, poteſt dare de iure tertij. Ita in cauſa Colonienſi canonicatus, coram Puteo. 30. Octobris. 1542.

DECISIO IV.

EXcipiens de iure Cameræ cui debentur fructus, non excludit agentem, niſi fiſcus declaret velle illos habere. ſicut dicimus de decreto. Rota 422. 834. in antiq. Dec. in l. pacta quæ contra. col. 3. C. de pact. & in c. cum acceſſiſſent. col. 3. de conſtit. & quando datur de iure tertij non penitus excluſiuo. Sed ſi pars velit, non ſuffragatur. Bar. in l. 2. de except. rei iud. & in l. loci corpus. §. competit. ff ſi ſer. vend. Claud. in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Trebell.

DECISIO V.

PRoceſſus ad vlteriora, non obſtante exceptione de c. oblatæ. de appell. oppoſita, eſt nullus, ſi non cognoſcatur, & pronuncietur ſuper exceptione. iuxta conſ. Ang. 200. Ita in cauſa Valentina matrimonij, coram Proſpero, inter Catherinam ex vna, & Franciſcum & Hieronymum Ferragut ex altera. 23. Martij. 1545. Vide Felin. in c. ſuborta. de re iud. in. 4. limit. qui facit longam diſtinctionem.

DECISIO VI.

POſſeſſor qui dat de non iure actoris, vt qui reſignauit in alium, non tenetur iuſtificare quod ille acceptauerit reſignationem, & habilitates reſignatarij. cum pro validitate actus præſumatur. Ita in cauſa * Taurinenſi præpoſituræ ſancti Laurentij, coram Puteo. inter Ioannem Amadeum, & Hieronymum Torgio. 6. Nouembris. 1542. * decis. 356. lib. 1.

De Expenſis.

DECISIO I.

LIcet in prima inſtantia quis non fuerit condemnatus in expenſis, tamen ſi ſententia huiuſmodi confirmetur per duas alias ſentẽtias, cum condemnatione expenſarum, & non dicatur, in expenſis coram nobis factis, debentur etiam expenſæ factę in prima. Ita in cauſa * Cęſarauguſtana liquidationis fructuum, coram Pighino. 6. Martij 1545. * decis. 240. lib. 2.

DECISIO II.

EXpenſę litis, nõ debentur monacho alterius monaſterij, electo ad dignitatem alterius monaſterij ſpoliato. nec etiam debentur alimenta, niſi ſupplicet Papæ. iuxta deciſ. Aegidij. 88. quam ſequitur Felin. in c. cum dilecta. de reſcr. nu. 81. Ita in cauſa * Conimbrigenſi monaſterij, coram Puteo. 27. Februarij. 1542. * decis. 264. lib. 1.

DECISIO III.

ILle qui habebat actionem ſi non ceſſit, iura contra intruſum, tenetur ad expenſas donec ceſſit. & valet ſententia lata contra ipſũ, prout ille qui diſtulit opponere exceptionem, vel producere inſtrumenta. vt infra de iudic. in cauſa Tarraconenſi penſionis.

De Feudis.

DECISIO I.

IN feudo hęreditario, deſcendens ſuccedit, etiam ſi non adiuit. dummodo non repudiauerit, nec ſtet per eum quin ſit hæres. Ita in cauſa * Paduanam feudi, coram Mareſcotto. 4. Nouembris. 1542. inter Hieronymum de Saluaticis, & Gaſparem de Horroria. * decis. 380. lib. 1.

DECISIO II.

IN feudo hæreditario, ſufficit quod agnatus ſit hęres primi inueſtiti, vel vltimi de cuius hęreditate agitur. Ita in cauſa * Parmenſi vallium, coram Aquenſi de menſe Ianuarij * decis. 175. lib. 2.

Ianuarij. 1540. Allegatur Brun. conſ. 28. col. 4. & Curt. conſ. 138. in fin.

DECISIO III.

SI feudatarius committat delictum propter quod amittat feudum, & in offendente aduerſarium, propter Alexandrinam tentum eſt, feudum non accreſcere offenſo, nec fiſco, ſed proximiori agnato. quia erat prohibita expreſſe alienatio propter agnatos, nõ fauore delinquentis iuxta. cõſ. Alex. 23. 1. vol. Ita in cauſa Taruiſina feudi, coram Ioanne Paulo. inter Antoniũ de Ruſtica, & Trapolinos. 7. Iunij. 1540.

De fide Inſtrumentorum.

DECISIO I.

IN recognitione librorum alicuius, non requiritur ita exacta ratio, prout in recognitione priuatæ cedulæ. Ideo in cauſa Bergomenſi tentũ fuit, quod ſufficiebat teſtes dicere, quod recognoſcebant librum. & quod iudicio ſuo partitæ erant ſcriptæ manu N. 3. Martij, coram Puteo. 1542.

DECISIO II.

CEdulæ Cardinalis proponentis, non adhibetur fides, ſed contracedulę. Ita in cauſa * Brixienſi fructuũ, coram Sarnenſi. 9. Iunij 1542.

* deciſ. 320. lib. 1.

DECISIO III.

LOcus celebrati cõtractus omiſſus in primo, poteſt addi in ſecundo inſtrumento per ipſummet Notarium ſolum, ſine auctoritate iudicis. quia fuit error in omittẽdo. Ita in cauſa Calaguritana beneficij del Ochon, coram Auguſtino, vltima Februarij. 1542. Allegatur Bar. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. nu. 4. Felin. in c. ex litteris. col. 2. de fid. inſtr. facit Faſtol. dub. 48.

DECISIO IV.

LIcet inſtrumentum extractum ante motã litem, non præmiſſa citatione ſpeciali vel generali non probaret. vt in c. cognoſcentes. de conſtit. & in c. fin. hoc titulo. tamen dictum fuit, quod ſi non fuit oppoſitum, nec dictum. generalia contra. quod non poſſit talis defectus opponi. vt dicit Felin. in d. c. fin. col. 2. in 2. fol. Ita in cauſa * Caſalenſi parochialis ſancti Victoris, coram Mareſcotto. 10. Iunij. 1541.

* deciſ. 155. lib. 1.

DECISIO V.

NArratiuæ Papæ, factæ motu proprio, etiã de facto alieno, ſtandum eſt donec contrarium probetur. iuxta not. per Cardinal. in Clem. 1. de prob. Ita in cauſa Conſtantienſi vnioris, coram Nouato. 15. Februarij. 1548.

DECISIO VI.

INſtrumentũ translationis penſionis prout in iſto memoriali, etiam non lecto in totũ, valet. ſed de memoriali conſtare oportet. quia transferens non fuit confiſus de fide Notarij. Ita in cauſa * Hiſpalenſi penſionis, coram Puteo, inter Alphonſum Aluarez, & Didacum Vaſquez. 23. Octobris. 1545. Allegatur Iacob. in l. 2. C. de. edict. diu. Adr. tollen. nu. 28.

* deciſ. 310 lib. 2.

DECISIO VII.

LOcus loci debet apponi in inſtrumento. Rot. 39. in antiq. Sed tamen ſi in loco eſt contraria conſuetudo, ſeruanda eſt. vt dicit deciſ. 15. de fid. inſt. in antiq. Ita in cauſa * Hiſpalenſi matrimonij, coram Thanis. 11. Octobris. 1542.

* deciſ. 318. lib. 1.

DECISIO VIII.

BReue expeditum ſine ſignatura ſupplicationis, dicitur originale. ideo non poteſt remitti ad corrigendum. Ita in cauſa * Legionenſi canonicatus, coram Fabio, prima Maij. 1545. inter Matthęum Ioffre, & Franciſcum de Toledo.

* deciſ. 279. lib. 2

DECISIO IX.

INſtrumenta antiqua vltra centum annos non recognoſcuntur. & data probat antiquitatem cum aliquibus adminiculis. Ita in cauſa * Mediolanenſi optionis, coram Rauellenſi, inter Franciſcum Caſſanum, & Bartolomæum de Placentinis, 6. Aprilis. 1543. Allegatur communis opinio in l. cũ aliquis. C. de iur. delib. & quod Rota in inſtrumentis ſolet requirere centum annos licet hic omnia inſtrumenta non excederent tantum tempus. In contrarium adducebatur, quod debent examinari ſaltem teſtes, deponentes de publica voce & famam quod ille erat Notarius legalis, vt per Bal. in l. Barbarius. col. 8. verſ. qualiter autẽ probetur. Afflictus in conſtit. Regni. fol. 158. in titulo. de inſtrumentis confic. & deciſ. 245. Socin. conſ. 187. col. 4. vol. 2. Iaſ. in d. l. Barbarius. Et reſolutum fuit in cauſa Malacitana Iuriſdictionis & præheminentiarum, coram Proſpero. 20. Februa-

* deciſ. 419. lib. 1

Februarij. 1545. quod non daretur fides vni inſtrumento antiquo vnius Notarij, niſi exhiberentur plura inſtrumenta eiuſdẽ Notarij. iuxta dictum Felin. in c.cum cauſam. de teſtibus. vel niſi probaretur quod eſſet extractũ ex Archiuo publico. Et fuit dictum, non valere ſigillum appoſitum lite pendente, parte non citata. Allegatur Dec. in auth. ſiquis in aliquo. C. de eden.

DECISIO X.

NArratiua cum appoſitione Datæ in vna bulla, licet probet abſque expeditione litterarum narratarum, tamen non poteſt canonizari illa prima gratia, ſi ſecunda nõ eſſet canonizabilis. Ita in cauſa Nullius ſeu Giennenſi beneficij, coram Rauellenſi. 2. Maij 1541. inter Sebaſtianum Ponte, & Petrum de Barrionueuo.

DECISIO XI.

LIbri Baccodi, & ſimiles, non faciunt fidẽ. Ita in cauſa Pacenſi ſubſidiorum, coram Auguſtino. 10. Nouembris. 1547.

DECISIO XII.

INſtrumenta antiqua vltra centum annos, non requirunt recognitionem, etiam ſine adminiculis. dummodo probetur quod ille reputabatur pro Notario. In tempore 80. annorum, etiam non requiritur recognitio ſi concurrunt adminicula. vt in cauſa * Parmenſi Vallium, coram Verallo. 16. Maij. 1541. Allegatur deciſ. Neap. 245. quæ tamen hoc ita non dicit. Vide Dec. conſ. 36. 42. & 638.

* deciſ. 146. lib. 1.

DECISIO XIII.

NOmina canonicorum ſunt deſcribenda quando non agitur principaliter de actu Capituli. vt in cauſa Parmenſi capellaniæ, coram Puteo, inter Iacobum Antonium de Montali, & Sanctum, de menſe Februarij 1545. erant enim verba narratiuæ, quia Notarius dicebat quod Iacobus Antonius comparuit coram Capitulo. ſecus ſi diceret quod Capitulum * ſolenniter congregatum ita fecit, & ſic eſſent verba diſpoſitiua, & non narratiua ad alium effectũ vt hic. Allegatur Paris conſ. 92. col. 2. vol. 4. Rota in antiq. 132.

* Vide ad materiã deciſ. 195. lib. 3.

DECISIO XIV.

INſtrumentum exemplatum per filiũ Notarij mortui, cui id fuerat commiſſum per Conſulem iuſtitiæ, probat in antiquis, etiã citra centum annos. & præſumitur quod ille iudex eſſet talis, & habens facultatem. Ita in cauſa Placentina Caſtri Sarmati, coram Ioanne Paulo, inter Vldericum, & Comitẽ Gaſparem de Scottis. 23. Maij. 1544.

DECISIO XV.

CReditur, & ſtatur Notario aſſerenti fuiſſe appellatum. prout in cedula. quam facto dedit, licet de illa non appareat. Ita in cauſa Romana ſcõmiſſæ, inter Alexandrũ Bartoli, & Andream Iuſtinianum, coram Puteo. 9. Aprilis. 1543. Allegatur Rota 19. de re iud. alias 409. Felin. in c. ſicut de re iud. col. 1. Quod verum puto in Notario actuario, cui etiam ſtatur de inſerto. ſecus crederem in alio Notario: cui non creditur, etiam ſi referat ſe rogatum de alio inſtrumento, cuius tenorem non apponat.

DECISIO XVI.

LIcet litteræ Legati expeditæ in forma rationi congruit. non probent, quia Clem. litteras. non habet locum in Legato, tamen ſufficiunt pro titulo colorato. vt infra de reſt. ſpoliat.

DECISIO XVII.

PRobatum fuit, quod bulla Archiui anno 1522. non fuerat vſu recepta. & quod ſatis erat probare legalitatem Notarij. Ita in cauſa * Romana domus, coram Rauellenſi. 21. Apprilis. 1542. inter dominam Claudiam de Sabellis, & Epiſcopum Santonenſem.

* deciſ. 296. lib. 1.

DECISIO XVIII.

REcognitio ſcripturæ teſtatoris, qui inſtituit locum pium, quamuis de rigore iuris deberet fieri a teſtibus qui viderint illam ſcripturam ſcribere, & aliter non probaret, iuxta conſ. Alex. 124. in 1. vol. & conſ. 76. vol. 3. & Iaſ. conſ. 184. in 2. vol. in fin. Tamen Rota tenuit ſufficere fieri recognitionem eo modo, quo aliæ ſcripturę recognoſcuntur. propter communem ſtylũ inueteratum in curia. Ita in cauſa Romana hæreditatis de Mazocchis, coram Roſſanenſi. 25. Octobris. 1548. Allegatur Ruinus cõſ. 161. col. 6. vol. 3. Sed in cõtrariũ Allegabatur Ruin. conſ. 11. eod. vol. nu. 7. & 11.

DECISIO XIX.

CVm in corpore ſupplicationis eſſet clauſula. quod penſio deberetur etiam ſi nullũ ius competeret. & talis clauſula fuiſſet caſſata

ſata, ſed non fuerit caſſata alia ſimilis, quæ erat in clauſulis.tentum eſt, ſufficere, quod non eſſet caſſata in clauſulis. In cauſa * Valentina penſionis, coram Puteo inter Martinum Calahorra, & Ferdinandũ Deuia. 9. Ianuarij. 1541. In contrarium tamen allegatur Bart. in. l. fin. ff. de his quæ in teſt.delen. & per omnes in l.ſi vnus. & l. noſtram. C. de teſtam. quod dicitur conſtare de mente, quando ratio cancellationis eſt vniformis, & cancellatio vnius.reſpicit alia, l. 2.ff.de his quæ in teſt. del. vbi Imol.& Barbat.in apoſtil. ad Bald. in d. l. noſtram. C. de teſtam. Alias Papa diceretur contrarius, & reſultaret repugnãtia. ad conſ. Aret. 7. quem ſequitur Dec. conſ. 541. col. fin.

* decis. 128.lib. 1.

DECISIO XX.

Fidem facit tranſumptum leuatum, virtute compulſorialium, ex tranſumpto antiquo, quod reperiebatur in Archiuo publico fuiſſe tranſumptatum iam centum annis ante. etiam quod non conſtet, illum qui dicitur rogatus fuiſſe Notarium. Ita in cauſa Valentina teſtamenti, coram Thauis inter Ludouicum Boal, & Hieronymum Bormunguez. 28. Martij. 1540. Allegatur Felin. in c.cum P.tabellio.de fid.inſtr.Bart. & Doctor. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.Felin. in c.ſicut.col. 17. & ſeq. de re iudic. & in c. Albericus.de teſtib. Et facit pulchrum.conſ. Aret. 36. &Anan. conſ. 158.& Dec.conſ.36.col.1.& maxime, quia quando fuit antiquo tempore tranſumptatum, tunc non apparebat aduerſarius. Pro quo faciunt notata in c. fin. de electìon. lib. 6. & per. Alex. conſ. 106. lib. 5. Et exemplum extractum ex Archiuio probat. Roman. conſ. 105. Viſo Themate, & ſcripturæ probant quando ſunt repoſitæ per publicam perſonam. Socin. conſ. 205. Felin. in c.audientiam. col. 4. verſ. prima concluſio. & verſ.quinta concluſio.de præſcriptionibus. & Dec. in c. cauſam.col. 3. de probationibus.

DECISIO XXI.

INſtrumento doctoratus ſtandum eſt, in quo narratur, proceſſum fuiſſe ad rigoroſum examen.cum votis trium doctorum, & iudex dicit.nos talis informatione recepta de habilitatibus, & aliis contentis in ſupplicatione nobis præſentata. licet in ea ſupplicatione narretur quod ipſe ſtuduit in duabus Vniuerſitatibus, tamen Notarius dicebat, quia præmiſſis omnibus interfui. Ita in cauſa * Vicenſi Hebdomadariæ, coram Aquenſi. inter D. Ioannem Cordellas, & Matthæum Caſſes. 29. Nouẽbris. 1540.

* Vide decis. 57. lib. 1.

DECISIO XXII.

BReue prouiſionis Eccleſiæ Taruiſinæ, conceſſum Reuerendiſsimo Cardinali Piſano, in quo Papa atteſtatur ipſi Cardinali prouidiſſe de dicta Eccleſia, & mandat ſibi tradi poſſeſſionem, habet vim prouiſionis.non obſtante motu proprio Iulij Secũdi, in quo declarat non intellexiſſe prouidere per ſupplicationem. Ita in cauſa * Taruiſina penſionis, coram Aquenſi, inter prædictum Cardinalem, & Camillum de Rubeis. 16. Maij 1541. Deinde in dicta cauſa. 23. Maij ſuper puncto. An omnibus ſimul iunctis, videlicet breuibus cedula Conſiſtorij in Vrbe veteri, in fauorem Cardinalis, & reſeruatione penſionis in fauorem Camilli, prouiſio Cardinalis ſit vera in tãtum quod reſeruatio prædictæ penſionis ſit nulla. Reſolutum fuit ex æquitate quod pẽſio reduceretur ad ſummam ducatorum 500. Quia licet prouiſum fuerit Cardinali, & in prouiſione non fieret mentio penſionis, per hoc tamen non ſequitur quod Papa noluerit penſionem imponere. cum ſemper vt videmus, ſub eadem ſupplicatione vnus expedit litteras ſuæ prouiſionis. & alter litteras penſionis ad partem, & ſic in iſto caſu potuit Papa prouidere de Eccleſia Cardinali, & alteri penſionem reſeruare infra modicum tempus, ſcilicet biduum. Et licet Papa dixerit.per ſucceſſorẽ Bernardi Roſſi per cuius obitum prouiderat Cardinali, oportet quod illa verba per ſucceſſorem, intelligantur de ipſo Cardinali. quia erat ſucceſſor Bernardi. Accedebant etiam litteræ Cardinalis in quibus ſcribebat dominio Venetorum quod Papa prouiderat ſibi, reſeruata penſione 700. ducatorum.

* decis. 149. lib. 1.

DECISIO XXIII.

IN eadem cauſa * poſtea. 18. Iunij. 1548. coram D. Peregrino, tentum fuit quod inhibitio decreta ad inſtantiam procuratoris aſſerti, cum promiſſione de rato afficeret. vt infra. vt lit. pend.

* decis. 142 lib. 3.

DECISIO XXIV.

SVpplicationi extractæ ex libro ſeu regeſto Legati adhibetur fides prout aliis ſupplicationibus Papæ. Ita in cauſa * Taraconenſi canonicatus, & Prebendę, inter Franciſcum Robuſter, & Thomam Campaner, coram Peregrino. 11. Martij. 1549.

* decis. 130. lib. 3.

DECISIO XXV.

INſtrumenta extracta ex Archiuo alicuius monaſterij, cum non ſit Archiuum publicum, ſed illius tantum monaſterij, nõ

c 2 pro-

probant. præſertim pro Monaſterio . Ita in cauſa *Tarraconenſi parochialis de Codogno , coram Puteo, inter Ludouicum de Vigo , & Hieronymum de Auuilo . 3. Decembris . 1548. Allegatur Aret. in c. cum cauſam. verſ. circa tertium. de prob. Item fiebat fundamentum, quod alias ita fuit reſolutum in cauſa Fauentina ſancti Seueri. Item dicebatur, quod inſtrumenta extracta ex Archiuio, etiam publico, non probant, niſi in illo territorio, prout fuit reſolutum in cauſa * Britonorienſi Caſtri Polentæ, & in vna Fauentna, coram Achille. iuxta doctrinam Bal. in l. exemplo. C. de probat. Alex. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & per Felin. in c. ad audientiam.

* deciſ. 186. lib. 3

* deciſ. 441. lib. 2.

DECISIO XXVI.

STantibus literis Ordinarij ſuper reſignatione, licet non conſtaret de conſenſu reſignantis, ſed tantum de mandato dato ad reſignandum, tamen ex quo reſignans adhuc viuebat, & tolerauerat reſignatarium in poſſeſſione per decennium, & vltra tẽtum fuit, ſtandum eſſe atteſtationi Ordinarij de reſignatione . Ita in cauſa * Toletana de Alpedreſſe , coram Thanis, inter Didacum Lopez, & Ferdinãdum Ramirez. 27. Nouẽbris 1542. Licet regulariter ſecus . vt in deciſ. 22. in nou. & 397. in antiq.

* deciſ. 374. lib. 1.

DECISIO XXVII.

INſerta in actis faciunt fidem, quando acta facta ſunt parte citata. ſecus ſi parte non citata. vt de commiſſione inſerta in citatione, quæ non probatur per citationem, niſi conſtet de ea. vt in cauſa * Tiraſonenſi erectionis , coram Puteo.

* Vide deciſ. 324. lib. 3.

DECISIO XXVIII.

CAtaſtrum probat, alio non exiſtente in poſſeſſione. per dictum Pau. de Caſt. in l. ſi pater. C. de act. empt. Ita in cauſa Spoletana, ſeu Nurſina confinium , coram Puteo. 23. Iunij. 1544.

De filijs Presbyterorum.

DECISIO I.

BVlla Clementina , * intelligitur de beneficijs quæ pater obtinuit poſt bullam.

* deciſ. 224 lib. 3.

De fructibus, damnis, & intereſſe.

DECISIO I.

CEſſionarius dicitur ſucceſſor cedentis , etiam reſpectu fructuum perceptorum ante ceſſionẽ. Ita in cauſa *Carthaginienſi liquidationis fructuum , coram Auguſtino . 8. Octobris . 1548. Ratio, quia fructus debentur ſucceſſori. iuxta gloſ. in c. præſenti. de officio Ordinar. lib. 6. & facit deciſ. Aegidij . 366. Ita etiam * 15. Octobris . 1548. Antea tamen . 19. Octobris . 1545. coram Fabio , dictum fuerat quod fructus ſpectarent ad Eccleſiam , niſi obſtaret bulla Pauli ſuper ſpolijs. ſed quod ſpectabant vigore ſubrogationis. Sed quia ſucceſſor in beneficio, præſuppoſito quod cedens deceſſiſſet ab inteſtato, quod non erat hic. & ſic condemnatio fit tantum à die, quo venit ad cauſã, vt refert dictus Auguſtinus.

* deciſ. 154. lib. 3.

* deciſ. 159. lib. 3.

DECISIO II.

EXpulſo de Eccleſia per Capitulũ debentur fructus qui percipi potuerunt, & diſtributiones. vt infra de reſtitut. ſpol. incip. expulſo. Idem tentum fuit in cauſa * Foroliuienſi canonicatus , coram Puteo. 13. Ianuarij. 1542. cum Sanctus de Sanctis , non fuerit admiſſus per Capitulum . Allegatur Sarnenſis. quæſt. 8. de valore. vbi, ſi reſeruatur medietas fructuum debetur medietas diſtributionum, etiam ſi exprimantur fructus viginti quatuor . & allegatur extrauag. nonnulli. vbi habetur , quod decimæ ſoluantur. de diſtributionibus .

* deciſ. 233. lib. 1.

DECISIO III.

COndemnatus in fructibus, tenetur etiam ad fructus qui percipiuntur ſeruiendo pro tertia parte anni, ſi illos non percipit . & deciſ. 25. loquitur in attentante. Ita in cauſa Palentina canonicatus , coram Auguſtino . 28. Nouembris. 1548. inter Didacum de Raynoſo, & Antonium de Vlloa. Vide Caſſadór. deciſ. 6. de præben. Geminian. conſ. 118.

DECISIO IV.

ILle qui dolo deſijt poſſidere transferendo rem ſuper qua litigatur, poteſt valide cõdemnari in fructibus. & tenet liquidatio facta ipſi citato. licet ſi poſtea probet, eos nõ percepiſſe , ſibi proſit ne fiat contra eum exequutio. Ita in cauſa * Peruſina bonorum, inter Martham, & Alphonſum ſpoliatorem, coram Puteo. 22. Octobris. 1548.

* deciſ. 165. lib. 3.

DE

DECISIO V.

* aliter 97. lib. 3.
FVit tamen in eadem cauſa * tentum 14. Ianuarij. 1549. quod Alphonſus, qui ſpoliauerat, teneretur ad omnes fructus. ex quo poſt inhibitionem transtulerat poſſeſſionē in alium. Allegatur Felin. in c. pen. de except. l. ſed ſi lege. §. proinde. & ibi Bart. de pet. hæred. l. fin. autem. §. ſed & is. de rei vend. & Rota 25. in nou. quam ſequitur Socin. in l. rem quæ nobis. in 11. quæſtione.

DECISIO VI.

FRuctus qui pendebant tempore ſententiæ licet tempore exequutionis fiendæ eſſent à ſolo ſeparati, & ſuper area penes colonum, veniunt in reſtitutionem rei, detractis tamen ſeminibus. Ita in cauſa * Placentina Caſtri Sarmati. 19. Octobris. 1545. coram Peregrino. Allegatur pro prima parte. l. fructus pendentes. ff. de rei vendic. Item, quod iſti veniunt tanquam pars rei, non tanquam fructus. Pro ſecunda parte. quod ſint detrahendæ impenſæ, tex. in l. fundus, qui. ff. fam. herciſ. Lancellott. Decius, in l. in vſufructu. ff. de vſufruct. leg. Item, quod etiam prædo deducit iſtas expenſas. l. ſi à domino. §. fin. de pet. hæred. Bart. in l. cum quæritur. §. prædijs. ff. de legat. 3. & notabiliter Aym. conſil. 87. col. 1. In contrarium adducebatur, quod ædificans in ſolo alieno. &c.

* decis. 305. lib. 2.

DECISIO VII.

CApitulum tenetur ad fructus, facta ſibi intimatione per Epiſcopum prouiſum de canonicatu, etiam non notificato quod Epiſcopus eſſet diſpenſatus, & quod haberet facultatem reſidendi, vt in cauſa Placētina fructuum, coram Puteo. 20. Iunij. 1544

DECISIO VIII.

FRuctus non debentur ceſſionario niſi poſt ceſſionem, vel à die ceſſionis. cum nō veniant in ceſſione. etiam quod facta fuerit mentio de ſententia. & quod fructus erant ſequeſtrati. Ita in cauſa * Taruiſina S. Helenæ, coram Aquenſi, inter Cardinalem Piſanum, & Vincentium Quirinum. 6. Februarij. 1545. Nec obſtat deciſ. Aegidij 366. quæ ex aduerſo allegatur. quia procedit, quando erat lis in ſpecie ſuper fructibus. qui erant petiti. vt dicit ipſa deciſ. in princ. Quæ nunquam haberet locum ſi aliter intelligeretur. cum fructus ſemper veniant in conſequentiam. vt not. Doct. in l. & ex diuerſo. §. vbi autem. ff. de rei vend. & Rota. 189. in nou. Pro deciſ. etiam allegatur Specul. in tit. de actore. col. 36. verſ. Rector quoque. nu. 64. quem ſequitur Io. Andr. in c. de mulcta. in 2. col. & hoc ſentit deciſ. 1. de translat. Epiſcopi in antiq. Et faciunt notata per Alberic. in l. diuortio. ſolut. mat. col. 6. & 7. Alexandrin. c. 1. 44. diſt. & Lap. alleg. 89. col. 3. & Felin. in c. ſuper litteris. col. 17. de reſcrip. vbi fere in terminis.

* decis. 220. lib. 2

De foro competenti.

DECISIO I.

DIcut quidam velint, quod laici ſint idonei iudices in cauſa poſſeſſorij, non obſtante quod opponatur, illum qui vult immitti in poſſeſſionem, non eſſe legitimum ex defectu matrimonij, & quod in inueſtituris vocentur legitimi, vt allegabatur in cauſa Toletana matrimonij, coram Fabio. inter Comitem de Pugnoroſtro, & Beatricem. 30. Octobris. 1542. Contrarium tamen fuit * deciſum coram eodem Domino Fabio. vt ipſe teſtatur in ſua eleganti deciſ. 29. incip. Conſ. Regium.

* decis. 151. lib. 1.

De Iudicijs.

DECISIO I.

SEntentia lata contra cedentem poſt ceſſionem, non nocet ceſſionario. quia cedens dicitur mortuus ciuiliter. Ita in cauſa * Aretina ſancti Quirici, coram Roffanenſi. 16. Decembris. 1547. Hoc etiam procedit, ſi ceſſionarius appellauit à decreto exequutorialium. Sed dubito de hoc, niſi eſſet proceſſum contra procuratorem cedentis, qui erat reuocatus.

* decis. 80. lib. 3.

DECISIO II.

TEſtes examinati in iudicio retinendæ non probant in iudicio recuperandæ, vt infra, de teſtibus.

DECISIO III.

PEndente termino remiſſoriæ decerni poſſunt compulſoriales. vt ſupra, de dilat.

DECISIO IV.

SEntentia lata infra breuiſſimum tempus, valet, quando cauſa erat inſtructa coram alio iudice, & commiſſa fuit in eiſdem ſtatu & terminis. Alleg. Abbas in c. afferte. de

præſumpt. & Felin. in c. Eccleſia. colum. 8. verſ. ſecundo limita. de conſtit. Socin. cõſ. 32. vol. 1. Ita in cauſa * Bononienſi hæreditatibus de Machiauellis, coram Thoma. 1. Aprilis. 1541.

DECISIO V.

PRoceſſus factus per procuratorem minorem in beneficialibus valet vt infra. de procurat.

DECISIO VI.

CItatio generalis contra hæredes non valet. vt ſupra. de dolo. & contumac.

DECISIO VII.

LIcet moniales non potuiſſent compromittere ſine licentia ſuperioris, tamen eorum aduerſarij non poſſunt de hoc opponere. & laudum valet. Innoc. in c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. Doctr. in l. cum hi. §. eam tranſactionem. de tranſact. Ita in cauſa * Burgenſi, adminiſtrationis ſeruitij, coram Aquenſi. 24. Aprilis. 1542.

* decis. 300. lib. 2.

DECISIO VIII.

VEniens ad cauſam virtute clauſulæ. omneſque alios, dicitur reus. ſecus ſi veniat virtute commiſſionis. etiam ſi commiſſio haberet clauſulam quam, & quas. Ita in cauſa * Carthaginienſi beneficiorum, coram Aquenſi. 20. Octobris. 1542. Allegatur Felin. in c. intelleximus col. 3. verſ. item eo ipſo. de iudic. Facit Rota vltima, de reſcript. & l. libertus à patrono. ff. de in ius voc. Facit Rota. 402. in nou. & 639. in antiq. Aduerte tamen quod in iſto caſu, iſte veniebat ad cauſam tanquam ſubrogatus in locum rei per ceſſionem. & petierat admitti in eiuſdem ſtatu, & terminis. & ſic cauſa non habebat difficultatem.

* decis. 336. lib. 1

DECISIO IX.

SEntentia non præiudicat tertio venienti ex diuerſo iure. vt infra de re iudic.

DECISIO X.

QVando arbiter pronunciauit prout in cedula, datur per Signaturam alius qui ſententiam ſubſcribat: vt in cauſa * Cæſarauguſtana compromiſſi, coram Puteo. In qua poſt obitum Cardinalis Cæſarini, fuit datus D. Mohedanus. ſed quia ſubſcripſit ſententiam parte non citata ad videndum ſubſcribi, & dubitabatur de validitate, fuit reſolutum pro validitate. Quia ſatis fuit citaſſe partem ad dicendum contra commiſſionem. Et incidenter dictum fuit, quod in cauſa Florentina compromiſſi de Soderinis, ſententia fuit nulla, quia pars non fuit citata ad dicendum contra commiſſionem.

* decis. 341. lib. 2

Nota, quod illa ſententia incipiebat. Alexander Cardinalis. & poſtea erat ſubſcripta hoc modo, videlicet. Et quia Cardinalis ita pronunciauit, & non ſubſcripſit, ego N. deputatus ad illam ſubſcribendam, ita ſubſcripſi.

DECISIO XI.

IVdex qui contrauenit inhibitioni, poteſt declarari incidiſſe in pœnas in inhibitionẽ contentas. Ita in cauſa Cæſarauguſtana ſtatus, coram Thoma 22. Martij. 1546. Et quia dubitabatur. An contra vnum iudicem tantum, an contra omnes eſſet procedendum. quia in ſententia notarius dicebat, illam latam de conſilio aliorum iudicum. fuit dictum quod verba notarij hoc non probabant.

DECISIO XII.

ALimenta non poſſunt peti per Monachũ alterus religionis, ſpoliatum dignitate alterius Monaſterij, ad quam fuerat electus. vt ſupra de expen.

DECISIO XIII.

REx debet admitti ad cauſam, ad euitandum ſcandalum, & peccatum, ne reſtituatur Abbatiſſa inhoneſta, & ſcandaloſa. dummodo cito probet. Ita in cauſa * Conimbrigenſi ſpolij, coram Fabio die 4. Nouembris. 1545. Allegatur Felin. in c. dilectus. col. 3. de reſcript. Federicus. conſ. 93. Rocch. in verbo. onerosum. quæſt. 1. Lamb. fol. 386. c. filijs. 16. quæſt. vlt. Rota. 3. de cauſ. poſſ. & 20. de reſtit. ſpol. Felin. in c. veniens. il ſecõdo. col. 4. de teſtib. Corſet. in regula quando ſpoliatus, 4. limit. 36. facit c. litteras. de reſt. ſpol.

* decis. 317. lib. 2.

DECISIO XIV.

CItatio facta domi, & poſtquam quis fuit alias perſonaliter citatus, valet. iuxta deciſ. 1. de dolo in nou. & 8. eod. titulo in antiq. Ita in cauſa * Elnenſi præpoſituræ. corã Thoma de Thanis. 19. Maij. 1541.

* hanc deciſionẽ in cauſa Elnen non reperi. ſed idem quod hic deciditur in deciſio - ne 372. lib. 2

DECISIO XV.

DEclaratoria fuit valida cũ eſſet obtentum breue directum certo Iudici imparti-

partibus, vt conſtito de reſignatione facta in manibus Papę per litteras Apoſtolicas, amoueret intruſum: & in euentum non paritionis, cum declararet & Iudex de partibus. ita fecit. Et poſtea introducta cauſa in Curia, fuit mandatum Auditori, vt præfixo termino aduerſario, ad docendum de prætenſa ſubreptione litterarum oppoſita, procederet ad declarationem, & alias cenſuras. & iudex præfixo termino procuratori, proceſſit ad cenſuras. Ita in cauſa Gerundenſi parochialis, coram Proſpero. 20. Octobris. 1546.

DECISIO XVI.

ARripiens iter ad Curiam, gaudet beneficio Eugenianæ, & aduerſarius tenetur ad fructus occupatos poſt huiuſmodi itineris arreptionem. Ita in vna cauſa Gerundenſi hebdomadariæ, coram Sarnenſi. 23. Octobris. 1542.

DECISIO XVII.

IVdex appellationis, non canonizat ius ſuperueniens poſt appellationem, vt ſupra de appell.

DECISIO XVIII.

NVllitates videntur reiectæ, licet præfixo termino virtute ſpecialis cõmiſſionis ex aduerſo fuerit obtẽta cõmiſſio quod ſuper omnibus, ſimul & ſemel pcederetur: & valet ſententia, non facta mentione de nullitatibus. Ita in cauſa Giennenſi Scolaſtriæ. 1. Februarij. 1549. coram Peregrino.

DECISIO XIX.

CItatio ſine die, intelligitur pro prima die ſequenti & valet. vt per Doctor. in l. liber homo. la ſeconda. §. decę. de verb. oblig. Felin. in c. conſuluit de offic. deleg. & ibi Præpoſit. in c. cum parat. de appell. Ita in cauſa * Hiſpalenſi dimidiæ portionis coram Thanis. 15. Ianuarij. 1545.

* decif. 207. lib. 2.

DECISIO XX.

CItatio pro prima die & alijs ſequentibus non tenet quoad ſequentes. Ita in cauſa * Hiſpalenſi, coram Aquenſi. 6. Octobris. 1744.

* decif. 148. lib. 2.

DECISIO XXI.

DEcanus poteſt agere, & conſtituere procuratorem pro rebus capituli, vt in cauſa * Lucenſi Iuriſdictionis, coram Fabio. 8. Februarij. 1549.

* decif. 209. lib. 3.

DECISIO XXII.

CItatio quod quis compareat ad videndum extrahi iura infra nouem dies, cum comminatione quod ſi non comparuerit extrahentur iura ipſo amplius non citato, & ad vlteriora procedetur, ſufficit vt lapſis nouem diebus, poſsint iura extrahi abſque alia citatione. Ita in cauſa Lucenſi parochialium, coram Fabio. 8. Februarij. 1546. Allegatur Rota. decıſ. 145. in nou.

DECISIO XXIII.

GRatia. ſi neutri. dat tantum iuriſdictionem in euentum. Ideo licet commiſſa cauſa litteris non expeditis, gratia. ſi neutri iuriſdictionem daret, vt dicitur reſolutum fuiſſe in vna Conchenſi S. Michaelis, coram Ioanne Paulo. Tamen ex quo prima gratia Melchioris Valerij, quæ non fuerat expedita infra tempus, fuit canonizata, & non gratia. ſi neutri. tentum fuit, quod ſententia eſſet nulla. Ita in cauſa Lucana capellaniæ, coram Marſicano, 1541. Quæ reſolutio iterum firmata fuit. 22. Iunij. 1545. coram Reomano. Non obſtante quod eſſet producta gratia. perinde valere. in qua fiebat mentio. quod tempore gratiæ. ſi neutri. litteræ prioris gratiæ non erant expeditæ. Nec profuit dicere, quod tertio comparenti non obſtat regula quod non valeant commiſsiones. quia ipſe proceſſerat contra Hieronymum reum inter quem & ipſum Melchiorem. non erat iuriſdictio. Forte enim ſecus fuiſſet ſi proceſſum fuiſſet contra Rocchum, qui commiſerat cauſam contra Hieronymum & alios.

DECISIO XXIV.

STante commiſſione Cardinalis Triuultij, contra Epiſcopum Marianenſem abſque clauſula omneſque alios. cum clauſula tamen cum poteſtate citandi, omneſque alios. &c. Reſolutum fuit, coram Marſicano. 16. Nouẽbris. 1541. in cauſa * Marianenſi parochialis de Brando, quod cum Octauius frater Epiſcopi veniret ſimpliciter ad cauſam pro intereſſe, ſine alia commiſsione, valuit ſententia poſtea lata contra eum, & ratio potiſsima fuit, quia ipſe poterat citari, & ideo licet venerit non citatus, ſat eſt quod poſtea fuerit citatus in proceſſu cauſæ.

* decif. 190. lib. 1

DECISIO XXV.

IVramentum perhorreſcentiæ poteſt ratificari, ſi præſtitum ſit per aſſertum procura-

curatorem. facta tamẽ ante ratificationẽ, nec per iudicem cui fuit inhibitum, tenẽt tanquam attentata ſunt reuocanda. Ita in cauſa * Meſſanenſi Baroniæ, coram Aquẽſ. 19. Februarij. 1543. Et quod eſt plus, etiã 19. Octobris, coram * Puteo, tentum eſt valere geſta in partibus, etiam poſt ratificationem, vſque quo fuit intimata dicta ratificatio.

* decis. 43. lib. 2.

DECISIO XXVI.

PRoceſſus factus cum tutore dato in teſtamento filio ſpurio, valet, ſi fuit confirmatus tutor per iudicem. licet tutor non poſſit talibus à patre dari. Ita in cauſa Meſſanenſi Baroniæ, coram Puteo. 16. Martij. 1545.

DECISIO XXVII.

ET in eadem, ſuper dubio, An, ex quo dictũ fuit de ſpurietate Georgij, iudicium potuerit intentari contra tutricem teſtamentariam, vel potius debuiſſet deputari curator liti. & an, aliqua ſolennitate ommiſſa, tutela teſtamentaria ſit nulla. Et 2. Aprilis 1546. * fuit tentum, quod ratione dubietatis poterit agi contra tutricem datam in teſtamento. Item quod administratio facta ante inuẽtarium, valeat. licet ex hoc poſſit vt ſuſpectus remoueri. Item tertio, opinio Alber. tenet, quod mater tutrix teſtamentaria, non teneatur ſecundis nuptijs renunciare. Quarto, quod ex quo mater adminiſtrauerat nõ decreta ſibi tutela, adminiſtratio eſſet nulla. niſi teſtator dediſſet in teſtamento auctoritatem adminiſtrandi propria auctoritate.

* decis. 4 17 lib. 2.

DECISIO XXVIII.

ITem in eadem * 18. Martij. 1547. tentum eſt, valere proceſſum contra matrem, etiã quod non dederit interrogatoria. quia licet minor non defendatur circa media cauſæ. valet proceſſus, vt per Bal. & Paul. in l. cum & minores. C. ſi aduerſ. rem iud. Vide infra de reſtitut. in integrum.

* decis. 23. lib. 3.

DECISIO XXIX.

ITem in eadem cauſa, ſuper dubio præſuppoſito intereſſe. 4. Maij. fuit tentum, quod dato quod tutrix adminiſtraſſet ante confectum inuentarium, & cum ea eſſet proceſſum, proceſſus non erat nullus. licet potuiſſet tanquam ſuſpecta remoueri. vt per Doct. in c. ex parte. de appell. Item, quod intereſſe eſſet ſecundarium, & ideo poterat . . . . . . Et licet cohabitatio generet ſuſpiciones, tamen non diceretur ipſo iure non tutrix, ſed erat remouenda. & ideo proceſſus interim tenuit. Item tertio, non comparitio non reddit proceſſum nullum, ex quo eramus in iſtis medijs, & erat aſsignata dilatio tutrici. Et ideo tenuerunt dictum Ang. & Paul. in l. pen. . . . . . . & tãto magis, quia dixerunt, vt videretur ſi teſtes eſſent bene examinati, & ſufficienter per iudicem interrogati.

* Vide decis. 31. lib. 3.

DECISIO XXX.

IN eadem 9. Martij. 1547. * reſolutum eſt, quod licet, vigore Innocentianæ, iuramentum poſſit præſtari in quacunque parte iudicij, illud eſt ad effectũ validandi proceſſum de curia. non autem ad effectum validandi proceſſum interea in partibus factum.

* decis. 34. lib. 3.

DECISIO XXXI.

APpellatus, cui fuit intimata appellatio in partibus, tenetur citare de nouo appellantem. nec poteſt procedere in Curia contra eum per audientiam contradictarum. iuxta decis. 32. de appellation. alias 205. Quæ tamen non fuit ſimpliciter tenta. ſed, ex eo quia ille appellauerat ad Epiſcopum, Archiepiſcopum, vel Papam. fuit enim magna diſceptatio propter decis. 64. de appellat. Et Aegid. 723. quæ videtur cõtra dict. decis. 32. Ita in cauſa Oueten. præeminentiarum, ſeu nullitatum, coram Mohedano.

DECISIO XXXII.

SI committatur cauſa attentatorum non eſt de nouo citãdũ. vt infra vt lite pendẽte.

DECISIO XXXIII.

PRoceſſus eſt nullus, ſi omittatur iuramentum calumniæ petitum præſtari, etiam nõ obſtante bulla Gubernatoris Vrbis, quæ prohibet dici de nullitate, cum intelligatur de nullitatibus iuris poſitiui, non de his quæ ſunt de iure naturali, vt eſt iſtud iuramentum, quando petitur deferri. Ita in cauſa * Paduana Iniuriarum, coram Puteo 26. Februarij. 1546. inter Hieronymum Meſsinam, & Congregationem ſancti Sebaſtiani. Allegatur. c. 1. de iuramento calumn. lib. 6. & Rot. 660. in antiq. & 2. de iur. cal. Et quod ſit de iure naturali, ale leg. Alexan. conſ. 83. colum. 2. vol. 4. gloſſ. in Clem. ſæpe. de verb. ſignif. in verbo. figura. Bart. in extrauag. ad reprimẽ. in verbo. figura.

* decis. 38. lib. 2.

DECISIO XXXIV.

DEclaratoria ob non paritionem litterarum exequutorialium, lata infra 30. dies eſt bona. quia reus tenetur dimittere poſſeſsionem infra ſex dies. licet reſpectu fructuum & expenſarum, debeat expectare per 30. dies. Ita in cauſa Palentina præminentiarum, & nullitatis cenſurarum, inter Gaſparem de Fuentes, & Didacum de Caſtillo.

DECISIO XXXV.

IN eadem cauſa tentum eſt, bullam Innocentianam habere locum etiam in reiteratione, quatuor terminorum.

DECISIO XXXVI.

CItatio pro ſingulis diebus, & horis, etiam quod non dicat pro ſingulis momentis iux. conſ. Bal. 268. vol. 1. non tenet. Ita in cauſa * Parmenſi Vallium, coram Puteo 6. Februarij. 1542. Allegatur Abb. in fin. de dilat. col. 2. Vide tamen in vna Pientina, coram Puteo, quod quando eſt aſſignata certa dilatio tenet. Vide in titulo de teſtibus.

* decis. 352. lib. 1.

DECISIO XXXVII.

LOcus debet exprimi quando actus erat expediendus certo loco. puta examen teſtium. alias non præſumitur pro validitate. Ita in cauſa * Parmenſi Vallium, coram Puteo. 10. Februarij. 1542. Allegantur notata in l. de pupillo. §. nunciatio. de oper. nou. nunc. & Felin. in c. 1. col. 4. de fid. inſtrum.

* decis. 356. lib. 1.

DECISIO XXXVIII.

INtimatio exequutorialium debet fieri perſonaliter, alias non eſt bona. etiam quod poſtea procurator qui antea fuerat conſtitutus, commiſerit cauſam appellationis. Ita in cauſa * Parmenſi Caſtri Coſtæ Mazzanæ, coram Proſpero, inter Io. Manfredum Pallauicinum, & Ioannem Baptiſtam Pallauicinum. 22. Aprilis. 1547.

* decis. 32. lib. 3.

DECISIO XXXIX.

PRoceſſus factus virtute litterarum Legati, in quibus mandatur. quatenus ſi per diligentes examinatores prædictum Iacobum Antonium, de domo & familia de Montali, & alias ad id idoneum repererint, procedendo iuxta dictæ capellæ fundationis tenorem, ſuper quibus tuam conſcientiam oneramus, ipſam capellam ipſi Iacobo Antonio conferant, & præſentationem alias canonice factam confirment. fuit tentus nullus. Quia iſte Iacobus Antonius fuerat præſentatus coram Capitulo Parmenſi ab vna parte, & Sanctus ab alia parte, & cōtendebatur inter eos, quis eorum eſſet inſtituendus. & Iacob. Antonius habuit recurſum ad Legatum, & obtinuit dictas litteras, & illarum vigore confirmari ſuam præſentationem, & ſibi tradi poſſeſsionem non citato Sancto. Vnde fuit tentum, quod erat attentatum, & propterea poſſeſſionē eſſe ſequeſtrandam, ex quo prius erat vacua. Ita in cauſa Parmenſi capellanię, coram Puteo. 17. Iunij. 1544. Alleg. glo. prag. in titulo de collat. in c. 1. verſ. nō valeant. & Selu. quæſt. 67. Item facit, quia etiam coram arbritris decretū litis afficit Franc. in c. 1. col. 2. vt lit. pend. Item allegatur Felin. in c. 1. de reſcript. in verbo. Legatus. Item allegatur tex. in c. fin. de. electiom. in 6. & in c. cauſam de reſcript. facit in terminis, etiam quo ad ſequeſtrum, deciſ. Ægid. 102. Licet in contrarium diceretur quod non erat lis. & allegatur Aegid. 68. & 85. in antiq. 685. glo. in Clem. 1. in verb. reperiri. de off. deleg. Sed aduerte quod Capitulum deputauerat quendam aſſeſſorem qui eis conſuleret.

DECISIO XL.

LIcet proceſſus factus coram iudice recuſato non teneat, vt per Bart. in l. quia poterat. ad Trebell. & ibi Claud. & Alex. qui dicit communē in conſ. 89. col. 2. vol. 1. & Bertrand. conſ. 115. vol. 1. Tamen ſi poſtquam proteſtatus fuit, quod non procederetur, etiam cum clauſula quod per quemcumque actum, non intendendo conſentire, procedatur ad plures actus, valet proceſſus. Ita in cauſa * Placentina Caſtri Sarmati, corā Io. Paulo, inter Comitē Vldericum, & Comitem Gaſparem. 13. Nouembris. 1542. Allegatur Alex. quem communiter ſequuntur Doctor. in §. morte, & not. per Dec. in c. ſollicitudinem. de appell. Et ſic deſtruitur doctrina Innocentij in c. Cumana. de electionibus, qui docuit practicā quod diceretur quod non intendit per quēcumq. actum conſentire. In contrarium allegatur Rub. Alex. in §. morte. qui dicit comunem eſſe in contrarium.

* decis. 358. lib. 1.

DECISIO XLI.

INſtantia tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem, vt in dicta cauſa. 14. Nouembris. 1544. * Allegatur Bart. in l. Lucius. §. rogatus. ff. ad Trebell. & ibi Imol. Licet in cōtrarium faciant notat. per Barbat. in c. quia. de iudic.

* decis. 172. lib. 2.

DE-

DECISIO XLII.

ET poſtea 9. Ianuarij.1545.fuit in eadem cauſa tẽtum,quod etiam probationes factę, tranſierint in ſucceſſorem . licet de geſtis coram arbitratoribus eſſet ſecus iuxta not. per Bal.in l. fin.C.de recep.arb.Butr. in c.Quintauallis.de iureiur. in 14. different.Abb.in c.præſentata. de teſtib. col. 2.

DECISIO XLIII.

PRoceſſus,licet reddatur nullus oppoſita exceptione ſuſpicionis iudicis. c.cũ ſpeciali.de appell. tamen ſi hoc non obſtante iudex,proceſſit & pars quæ fuit proteſtata etiam coram eo,per ſe vel per procuratorẽ proceſſit etiã ſi a principio fuerit ꝓteſtatũ quod per quemcumque actum non intendebat conſentire.iux.doctrin. Innoc. in c. Cumana.de electionib.tamen acta tenent.& proteſtatio vitiatur, cum ſit contraria facto, quod fuit ſortitum effectũ. Ita in cauſa * Placentina Caſtri Sarmati , coram Tolomeo . 24. Nouembris. 1542. Allegatur Rot. 18. de procuratoribus. in antiq. & 6. de cauſ. poſſeſſ. & prop. in antiq. quę loquuntur in procuratore . Item allegatur Alex.in §.morte.col.4.Ant. Immo.& Abb. in c. ſollicitudinem.de appell.& Decius ibi in fin. col. penult. Bart. in dicto §. morte. & Iaſ.col.2.verſ.ſecunda concluſio.Vbi eſt regula,quod in iudicialibus.vbi per iudicẽ non repellitur proteſtans, & agens contra proteſtationẽ, prævalet actus proteſtationi contrarius. In contrarium allegatur Felin. in c. cum. M. de conſt. col. antepen. & Dec. in d. c. ſollicitudinem.& ibi Peruſ. Calderin. conſ. 5. de appell. Et iterum Rota tenuit opinionem Alex. in d.§. morte. 11.Decembris . 1542. in eadem.

* alias 170. lib. 1.

DECISIO XLIV.

REconuentio debet intentari in exordio litis. iuxta cõmunẽ opinionẽ.de qua per Felin.in c. 1. nu.2. verſ.communis eſt opinio.de mut. pet. per tex.in Clem. ſæpe.§. verum.ibi.eſt in ipſo litis exordio petitio faciẽda.de verb.ſign.ideo per eã nõ poteſt retardari expeditio alterius cauſæ, ſi fuit poſt exordium intentata . Ita in cauſa Romana,ſeu Veneta,bonorũ , coram Aquenſi. 20. Martij.1545.

DECISIO XLV.

ERat commiſſa cauſa A. C. quod procederet iuxta ſuam ordinariam facultatẽ in cauſis non excedentibus ſummam 100. duc. & prout inter mercatores. in quorum cauſis habet facultatem procedendi manu regia.ſed quia non ſeruauerat aliquos terminos,fuit dictum de nullitate . & dicebatur,ſaltem ſeruari debuiſſe quatuor terminos iuxta deciſ.2.de reſcript. in nou.Et dicebatur non ſufficere clauſulam. prout in cauſis mercatorum. quia non fuit expreſsũ quod non agebatur ſuper rebus mercantilibus.iux. deciſ. 9. Caſſador. de reſcript. Et Domini . 8. Nouembris . 1545. dixerunt,eſſe videndũ de bono iure ,in cauſa Romana ſcommiſſę,inter Alexandrũ Bartoli, & Andream Iuſtinianum, coram Puteo.

DECISIO XLVI.

VAlet proceſſus , coram A. C. in cauſis infra 100. ducat. etiam ſi lis non ſit conteſtata. cum habeat facultatem procedendi ſummarie , & prout in beneficialibus . Ita in cauſa Romana venditionis officij,coram Io. Paulo,inter Andream Cordera, & Andream Vela . 27. Februarij . 1545. Allegatur gloſ.in. c.1. §. ſed ſi. in verb. abſentia. de elect. lib. 6. vbi quod primus actus habet vim conteſtationis. & deciſ. 3. de lit.conteſt.in nou. vbi quod nõ requiritur conteſtatio.

DECISIO XLVII.

CItatio facta ad domũ,arctat quando quis alias fuit perſonaliter citatus.iuxta terminos deciſ. 1. de dolo , & contumacia. cũ illius additione quam Rota approbauit. in cauſa * Romana domus, coram Aquenſi.18. Maij.1545. inter Illuſt. D. Conſtantiam , & Gallianum .

* deciſ. 272. lib. 1

DECISIO XLVIII.

TErmini tenti intra ſex menſes datos in litteris penſionum, cum etiã intra illos eſſet commiſſa cauſa priuationis, ſufficiunt vt valeat ſententia poſtea lata ſuper priuatione poſt ſex menſes. Ita in cauſa Romana parochialis ſanctorum Coſmi & Damiani , inter Io. Mariam de Raynaldis,& Bartolomeum Galleſium , coram Puteo . 18. Maij. 1548. Alleg. tex. in c. abbate ſane. de re iudic. Bart. in l. ſi rem. §. fin. ff. de pign. act.

DECISIO XLIX.

DIſcuſſio , vt ſit bona , ſiue principaliter ſiue incidenter agatur, requiritur prõnũciatio.iudicis,vt in vna Romanã * dotis ſiue domus,inter Fauſtinã de Bettonibus,& ſocietatẽ Florentinorum,ſeu Miſericordię, coram Sarnenſi. 22. Iunij. 1541. Alleg. doct. Bart. in l. ſtipulatio. §. habet verſ. formo vobis vnam quæſtionem . ff. de op. nou. nunciat.& Alex. in l. Prætor.§. hoc in-

* deciſ. 30. lib. 1.

interdictum.eod. titulo.col. 2. & in l. exitus.col. 2. verſ. ſed prima opinio. ff. de acquir.poſſeſſ. & idem Alex. in l. fin. in prin. col. 2. ff. ſi cert. pet. vbi dicit eſſe communem. & Neguſ.in 1. parte.8. partis principalis.col. 3. verſ. 4. concluſio.

DECISIO L.

IN eadem cauſa,de menſe Iunij circa finē dicti anni, fuit tentum non ſufficere quod in ſententia diffinitiua,poſtea lata in cauſa fuerit dictum.excuſſionem legitime factā, ex quo a pronunciatione quæ requiritur ſuper diſcuſſione poteſt appellari etiam per tres inſtantias.& interim ſuperſedendū eſt in cauſa principali. vt per Alex. conſ. 73.lib.6. in cauſa appellationis.Et ſi ordo præpoſteretur, iudicium,eſt nullum vt per Bal. in l. 1. C. de appell.

DECISIO LI.

SEntentia lata per vnum iudicem,cui prius erat commiſſa cauſa,valet, licet reus antequam fuerit citatus commiſerit cauſam alteri iudici, & ambæ partes coram ſecundo comparuerint,& conſtituerint procuratores ad comparendum, coram illo ſecundo iudice tantum. & deinde reus contra quem primo cauſa commiſſa fuerat, iuerit ad primum iudicem, & proceſſerit per audientiam contradictarum. vt in cauſa Salernitana Rectoriæ, coram Puteo,de qua infra de proc.

DECISIO LII.

PVpillus maior infante, poteſt citari. & interrumpitur præſcriptio ſi non habet tutorem. vt infra trienn. in cauſa Segobienſi.

DECISIO LIII.

CVm eſſet factum monitorium cum inſertione bullarum reſeruationis penſionis in forma, & monita parte, & ſeruatis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe monitorio, aduerſarius negaſſet monitoriū in forma. & fuit facta commiſſio quod ſeruatis quatuor terminis ,Auditor procederet ad diffinitiuam, vel declaratoriam & Auditor non redintegrato monitorio proceſsiſſet ad declaratoriam ob non paritionem litterarum. declarando illum incidiſſe in cenſuras & pœnas. non in monitorio,ſed in litteris contentas. Rota tenuit die 12. Decembris. 1544. in cauſa Segobienſi reſeruationis fructuum, coram Puteo,inter Ludouicum de Mendoza, & Petrū Gundiſalui, ac Hieronymum de Silua, quod,ex quo monitorium continebat in ſe litteras, & eaſdem cenſuras de quibus in litteris, quod termini ad docendum ſe paruiſſe monitorio, ſeruiebant ac ſi dictum fuiſſet,ad docendum ſe paruiſſe litteris. Itē fuit dictum,quod monitorium non erat reſolutum per negationem attenta forma commiſſionis. & quod aliud eſt quando decernitur auctoritate ordinaria. quia tunc ponitur clauſula.ſi ſenſeris. &c.

DECISIO LIV.

SEntentia lata poſt ceſſionem, & ante acceptationem,eſt valida. etiam quod fuerit ceſſum cum clauſula. & non aliter nec alio modo. vt in titulo de renunciat.

DECISIO LV.

COmmiſſio appellationis nō a nōnullis mādatis iniquis & iniuſtis, cum narratiua quod aduerſarius prætendebat ius in beneficio. ac clauſula. nec non nulitatis & nullitatum, ac quam, & quas de & ſuper iniuſtitia dictorum mandatorum quæ mandata comprehendebant petitoriū & poſſeſſorium, deuoluit negocium principale, & facit beneficium litigioſum. Ita in cauſa Salamantina portionis.

DECISIO LVI.

IN cauſa Salamantina capellaniæ, coram Peregrino.inter Didacum Ruiz,& Alhponſum Roderici,tentum fuit. 15. Nouembris 1546. ſeu inclinatum, quod non ſufficeret procuratorem generalem comparuiſſe pro eius principali ceſsionario,niſi fecerit ſe ad mitti ad cauſam.

DECISIO LVII.

VAlet ſententia declaratoria ob non ſolutionem penſionis, contra illum qui habebat actionem contra intruſum in beneficio, contra quem habebat ſententiam & rem iudicatam. licet ipſe non haberet poſſeſſionem ex quo tenebatur cedere actionē, quia qui habet actionem, ipſam rē habere videtur.Ita in cauſa *Tarraconenſi penſionis, coram Puteo,inter Iacobum Ghin, & Ioannem Ferrer,de menſe Iunij. 1546. Itē dicebatur.iſtum eſſe condemnandum in expenſis vſque quo denuntiauit inſtrumentum ceſſionis, quam fecerat contra illum qui perceperat fructus.arg. tex. in l. exceptio. ff. de excep.. in fin. vbi ille qui diſtulit opponere exceptionem excōmunicationis condemnatur in expenſis.& Bal.ibi in principio notat,id generaliter procedere.Et facit deciſ. Aegidij. 226. & Caſſad. 3. de appell. * deciſ. 10. lib. 1.

DE-

Sed in contrarium adducebatur, quod minus eſt habere actionem, quam rem. l. minus. de reg. iur. probatur. l. forma. §. ſi & ego. ff. de cenſibus. Item dicebatur quod fructus debebantur per condẽnatum deductis oneribus, & ſic penſionibus, quæ ſoluendæ erant per illum. ad not. per Bar. in l. pen. de ann. trib. & Socin. conſ. 217. & Clem. vnic. in verb. debitrix. de ſeq. poſſeſſ. Sed reſpondetur, iſta procedere ſi ille feciſſet impenſas. Item opponebatur, quod ille qui non vult poſſeſſionem habere, non poteſt condemnari ad ſoluendum onera. per doctrinam Cyni in l. ſi plures. col. 4. C. de cond. inſert.

DECISIO LVIII.

Commiſſa cauſa appellationis per D. Frãciſcum Peſquera, à ſententia lata pro Petro Nauarro, abſq. clauſula. omneſq. alios. venit ad cauſam Didacus Laſſo ſine alia cõmiſſione, & die 22. Octobris 1548. coram Puteo, in cauſa * Toletana canonicatus reſolutum eſt, eum potuiſſe venire. & proceſſum ſuæ gratiæ ſufficere ad docendum de intereſſe. Allegatur. quod clauſula, omneſque alios apponitur, vt actor poſſit ꝓcedere contra alios, & eos citare ſi vult. ſed non propter hoc tollitur quin, abſque tali clauſula, poſſit comparere pro ſuo intereſſe. ratione tamen connexitatis. vt ſentit, & intelligenda eſt deciſ. 12. de reſcrip. in fin. dum allegatur Innoc. in c. veniens. de ſponſal. quem ſequitur Abb. in c. veniens. il ſecondo. col. 4. & ibi Felin. col. 5. nu. 16. verſ. vltimo in hac materia. & idem Felin. in c. P. & G. de off. deleg. in 3. col. verſ. ſecundo limita. Et in effectu fuit factum fundamentum in connexitate. vt in tit. de quibus rebus ad eundem iudicem. & dicit Felin. in c. cum ſuper. de re iudic. nu. 16. ſufficere proceſſum ad docendum de intereſſe.

* deciſ. 166. lib. 3.

DECISIO LIX.

Tertius, veniens ad cauſã in tertia inſtantia, & petens ſe admitti in eiſdem ſtatu & terminis, nõ poteſt appellare. Ita in cauſa * Valentina de paterna inter Franciſcũ Carbonellum, & Remigium, coram Roſſanenſi. 9. Decembris. 1547. Et fuit reprobatum dictum Felin. in c. cum ſuper. de re iudic. in fin. quia nihil allegat. & eſt ſibi contrarius, dum dicit quod illa ſententia eſt tertia quo ad ipſum. & poſtea dicit, poſſe appellare.

* deciſ. 71. lib. 3.

DECISIO LX.

Si committo cauſam contra Titium & omnes alios intereſſe putantes, & veniat Caius ad cauſam, poteſt procedere per audientiam contradictarum contra me abſentem. iuxta deciſ. 17. de dolo. & contum. Ita in cauſa * Valentina parochialis de Pego, coram Puteo, inter Martinum Calahorra, & D. Ioannem Baptiſtam Baldaſſinum Aduocatum. 24. Iunij. 1543. contra deciſ. Aegid. 462. & 546.

* deciſ. 412. lib. 1.

DECISIO LXI.

Commiſſa cauſa contra Titium & omnes alios intruſos, & intrudendos cum poteſtate citandi Titium, & omnes in decreto nominandos, dat iuriſdictionem adeo quod quilibet intereſſe putans, poteſt comparere, etiam ſi non ſit citatus, & procedere per audientiam contradictarum contra committentem abſentem. iuxta deciſ. 17. de dolo, & contumacia. Ita in dicta cauſa * Valentina, coram Puteo. 4. Decembris. 1542. Ratio dubitandi erat quia erat commiſſa tantum cauſa contra intruſos. & iſte qui comparuerat non erat intruſus. Et licet in alia clauſula diceretur cum poteſtate citandi omneſq; alios nominandos: donec illi eſſent nominati, iudex non videbatur habere iuriſdictionem: Sed pro deciſione dicebatur, quod virtualiter omnes habentes intereſſe erant comprehenſi. & quod ſicut in facultate actoris erat procedere contra eos, ita poterant ipſi comparere ad libitum. Debuit enim actor cogitare quod poſſent venire intereſſe putantes. vt dicit dicta deciſ. 17. & ceſſat deciſ. 18. eodem titulo. quæ loquitur in reo.

* deciſ. 376. lib. 1.

DECISIO LXII.

Proceſſus ad vlteriora, non obſtantibus exceptionibus, eſt nullus, ſi non fuit cognitum ſuper illis. vt ſupra de except.

DECISIO LXIII.

Publicatio petita, & denegata a iudice licet de ſtylo reddat ſententiam, nullam tamen non illam quæ petita eſt coram notario.

De iure iurando.

DECISIO I.

Iuramentum in ſupplementum, deferendum eſt etiam pro ſumma magna, quando eſt pluſquam ſemiplene probatum. etiam ſi ſit mulier, quæ velit iurare. Ita in cauſa Bononienſi pecuniaria. 1000. duc. inter Margaritam, & Simonem

monem, coram Rauellenſi. 5. Aprilis 1546. Vide Boer. 85. Hippol. ſing. 27.

DECISIO II.

PEriurus non dicitur bis reſignans, adeo quod non valeat retroceſsio poſtea in eius fauorem facta. maxime, quia iuramento aſſertorio contraueniens, nõ dicitur infamis. vt per Abb. in cap. quærelam. hoc titulo. in tertio not. Et quod illa opinio quod collatio facta periuro ſit nulla, eſt valde dubia. vt late per Felin. in cap. ex parte. de reſcript. Et in dubio quis excuſatur. Ita in cauſa * Brixienſi fructuum, coram Sarnenſi 27. Februarij 1542. inter Patriarcham Conſtantinopolitanum, & Hoſpitale Brixienſe.

* decif. 862. lib. 1

DECISIO III.

DIſpoſitio l. ſi quis maior. C. de tranſact. non procedit in minore iurante. vt infra. de tranſact.

De iurepatronatus.

DECISIO I.

IVSPATRONATVS dicitur laicale, etiam ſi fundator mandauit præſentari per ſuos deſcendentes, de conſilio Prioris talis loci. Ita in vna * Barchinonenſi ſancti Petri, coram ſancta Cruce. 10. Decembris 1546.

* decif. 494. lib. 2.

DECISIO II.

DIcens, præſentãtes non eſſe de parentela & ſucceſſoribus fundatoris, tenetur id probare ſi ſit actor. præſertim ſi aliqua etiam leuia cõcurrant pro poſſeſſore, quod illi præſentantes ſint tales. vt not. Lambertin. 10. art. quæſt. 4. 2. par. ſecundi libri, in 3. col. Vide Dec. conſ. 321. col. penul. & Doctor. in l. is poteſt. de acquir. hæreditate. Ita in cauſa Barchinonenſi ſancti Petri, pro Ioanne Cordellas, contra Thomam Fort. 1. Februarij 1548. coram Roſſanenſi. Allegatur Felin. in c. Albericus. de teſtibus. col. 2. & in c. ſicut. col. 17. de re iud. Iaſ. in l. qui aliena. de acquir. hæreditate. Dec. conſil. 117. col. fin. Abb. in c. quærelam. de elect. & conſ. 76. col. 2. vol. 2. Aduerte quod præſentatio erat in hoc caſu admiſſa per ordinarium. quo caſu erat præſumendum pro ea. vt Rot. 556.

DECISIO III.

IVspatronatus præſumitur ex vſurpatione potius quam ex fundatione, licet dominus loci probaret præſentaſſe a centum annis citra, ſi conſtet quod ante centum annos alius ſolebat præſentare. Ita in cauſa * Barchinonenſi parochialis de la Rocca, inter Vincentium Baſſa, & Gaſparem Frui, corã Peregrino. 5. Aprilis 1546. Idem tentum eſt quando ſumus in potente. 18. Nouembris. 1549. coram Rauellenſi, in cauſa Elnenſi prioratus.

* decif. 426. lib. 2.

DECISIO IV.

PRobato vltimo ſtatu præſentandi, veniens ex prouiſione Apoſtolica tenetur facere mentionem de ſtatu patronatus. & habens ius a patronis, non tenetur iuſtificare quod ſit ex fundatione, vel dotatione. Licet diceretur ex aduerſo, quod potuiſſet eſſe ex præſcriptione, vel conſuetudine. quo caſu datur derogatio. § Dato enim ſtatu iuriſpatronatus beneficij, præſumitur ex fundatione, vel dotatione. vt per Caſſador. deciſ. 7. de iurepatr. nu. 7. Corn. conſ. 69. Adde quod non ſolum aderat vltimus ſtatus, ſed debebat aduerſarius fateri beneficium eſſe iuriſpatronatus. vt in ſequent.

* decif. 394 lib. 2.

DECISIO V.

ITem tentum eſt, coram Puteo, in cauſa * Bononienſi ſancti Thomæ de Braina, quod ex quo Nicolaus Virgilius confeſſus fuit Eccleſiã eſſe de iurepatronatus, præſumebat quod ex fundatione, vel dotatione nõ obſtãte quod poſt illa verba. quod eſt de iure patronatus. diceret etiã, forſan ex dotatione, & fundatione. quia illa verba non reſtringebant priorem confeſſionem. 13. Maij. 1547. Caſſador. 4. de probat. & 7. de iurepatronatus.

* decif. 36. lib. 3.

DECISIO VI.

PAtronis non præſentantibus infra quatuor menſes, gratia nõ conualeſcit. Felin. in c. cum Bertoldus. de re iud. col. 4. verſ. ſecundo aduerte. Et ita inclinarunt Domini in dicta cauſa. 5. Decembris 1547.

DECISIO VII.

PRiuilegium præſentandi amittitur ſi quis eo non vtatur per multum tempus, & patitur Papam conferre. licet alias, collationes Papæ non immutent ſtatum. iuxta deciſ. Aegid. 107. quia hic nõ agitur de immutando

tando ſtatum,ſed de oſtendendo quod priuilegiatus amiſit priuilegium. quod etiam amittitur ſpatio decem annorum. vt per Felin. in c. cum acceſſiſſent.de conſt.col.9. Ita in cauſa Elnenſi prioratus, coram Mohedano, vt per eum deciſ. 341.

DECISIO VIII.

PRouiſio Apoſtolica, cum derogatione in forma ſolita præualet ſi non doceatur exaduerſo niſi de vltimo ſtatu. maxime in magnis Dominis,quibus præſumitur acquiſitum ex vſurpatione. Papa enim derogat in totum, præterquam in illis duobus caſibus. Ita tentum eſt in cauſa * Elnenſi prioratus, coram Mohedano. 19. Februarij. 1546. Allegatur Felin. in tract. quando litt. Apoſtol. in 9. limit. & Cardinal. conſ.69. Dec. conſ.124.col.1. Et hoc maxime procedit, quia in illa cauſa reſolutum erat,quod patronus renunciauerat priuilegio antiquo, & ſic quod non habebat titulum. Fuit enim dictum in dicta cauſa, quod regula octo menſium, capit hos patronatus, de quibus non conſtat, niſi ex præſentatione.Allegatur Federic.conſ.65. & Lap. allegatione 84. & Felin. in 10. & 11. limit. Hic tamen, prouiſio Papæ erat anterior. quod tamen parum refert, ſi verum eſt quod intret regula octo menſium.

* deciſ. 381.lib.2.

DECISIO IX.

IVs patronatus mixtum laicorum & clericorum, iudicatur laicale. quicquid dicat Rota 265. in antiq. Ideo regula octo menſium non capit tale beneficium. Ita in cauſa * Fauentina ſancti Seueri, coram de Graſsis. 12. Octobris. 1548. Allegatur Felin. in tract. in 6. ampliatione. Roch. in verbo. ius. quæſt. 7. Selu. 3. par. quæſt. 11. Lamb. fol.371. facit. l. ſi commune. ff. quemad. ſeruit. amitt. Quod autem non comprehendatur ſub reſeruatione, facit quia non eſt facienda mentio de eo. vt per Felin. in c. cauſam. de præſer. col. 3. verſ. eſt verum.

* deciſ. 157. lib. 3

DECISIO X.

COllatio facta contradicente patrono infra tempus,eſt ipſo iure nulla,& ius remanet penes cedentem. Ita in vna * Mediolanenſi canonicatus, coram Ioanne Paulo 15. Ianuarij. 1543. inter Marcum Antonium Simonettam, & Ioannem Iacobum Sala noua.

* deciſ. 403.lib. 2.

DECISIO XI.

COntradixiſſe non dicuntur patroni in caſu præcedenti, licet conſtituerint infra tempus procuratorem ad præſentandum alium. quia mandatum erat factum poſt mortem reſignatarij, videlicet Cardinalis Simonettæ. & dicebatur in eo, quod conſtituebant procuratores ad præſentandum ad canonicatum, vacantem per obitum Cardinalis, vel reſignationem Marci Antonij. Ideo Rota dixit,quod potius videbantur approbare reſignationem, quam illam improbare, dicendo quod vacabat per obitum. Et forte ſecus fuiſſet, ſi feciſſent procuratorem ad præſentandum alium, habita notitia reſignationis. argumento not. per Caſſador. deciſ. 1. & 2. de conceſſ. præbend. Ita in dicta cauſa 19. & 24. Ianuarij 1543.

DECISIO XII.

COllatio ſine conſenſu patroni, non eſt nulla à principio ſed valida, in euentum contradictionis irritanda. & prouiſio huiuſmodi non dicitur conditionalis, ſed modalis, & ſic reſolutum eſt. Allegatur pro prima, quod licet Felin. in c. cum Bertoldus. de re iud.col.4. dicat,quod validatur, vt ex nunc conſentiente patrono, quod Fel.eſt corruptus. quia Abbas,quem allegat, aliter dicit.Et communis eſt concluſio quod conſentiente patrono retrotrahitur,licet,eo contradicente,cenſeatur, retro nulla collatio. in tantum quod valeret etiam collatio interim facta alteri. Ita in dicta cauſa * 12. Februarij 1543.

* deciſ. 410.lib.2.

DECISIO XIII.

NOn requiritur concurſus vtriuſque copulati, quando quis narrauit in donatione iuriſpatronatus, quod donans erat verus patronus, & in quaſi poſſeſsione præſentandi.ſed ſufficit probare quaſi poſſeſsionem huiuſmodi.Ita in cauſa * Oſcenſi parochialis de Boil, coram Sarnenſi. 14. Nouembris 1541. inter Franciſcum de Peſquera, & Iacobum Rubeum. Allegatur Bal. in l. ſi mater. C. de cont. empt. vbi ille qui propoſuit duas cauſas,non tenetur niſi vnam probare. niſi quando ad cauſandum effectum,vtraque requirebatur. Et ita limitatur regula requirens concurſum copulati.vt per Iaſ.in l. 1.ff.de iuſt. & iur. col,3.verſ. ſeptimo limita Rota 60. Et poſtea 9. Ianuarij 1542. tentum eſt non obſtare rationes Dec. conſ. 693.

* deciſ. 187. lib. 2.

DE-

DECISIO XIV.

SVfficit probare vltimum ſtatum, etiam ſi illa vltima præſentatio eſſet talis quod poſſet annullari hodie. quia ſufficit, illum præſentatum & inſtitutum fuiſſe toleratũ & obijſſe in poſſeſsione. Ita in cauſa * Oſcenſi parochialis de Boil, de qua ſupra. 7. Nouembris 1541. coram Sarnenſi. Allegatur Roch. in verb. competens. q. 14. Calderin. conſ. 12. tit. iſto. Rota 7. eod. titul. Anchar. 117. Aegid. 645.

* deciſ. 283. & 286 lib. 2.

DECISIO XV.

VLtimus ſtatus etiam attenditur, quando dubitatur An ius patronatus ſit laicorum vel clericorum, ſi hæredes clerici qui fundauit, ſint laici, & in quaſi poſſeſſione præſentandi. licet alias, quando clericus fundauit, ſaltem pro medietate præſumatur Eccleſiaſticum. & Roch. in verb. cõpetens. num. 18. & 19. non conſiderat quaſi poſſeſsionem, ſed primam præſentationem. Ita in cauſa * Palentina capellaniæ, coram Proſpero 13. Ianuarij 1548. inter Didacum de Vega, & Bartholomæum Gallegum.

* deciſ. 90. lib. 3.

DECISIO XVI.

TEmpus immemorabile ſufficit, etiam ſi non articuletur titulus. vt dicit Felin. in c. cauſam. de præſcript. col. 4. verſ. puto ſubſtentabilem opinionem. Sed ſufficit poſtea id allegare coram iudice. Ita in vna Pennenſi Abbatiæ, inter Barengum, & D. Cæſarem de Firmo, anno 1545. coram Proſpero.

DECISIO XVII.

IVs patronatus fundatum per clericum, præſumitur laicale, ſi non conſtat dotatum de bonis quæſitis ab Eccleſia. & in dubio, præſumitur fundatum & dotatum ante clericatum ſi hæredes laici reperiuntur in quaſi poſſeſsione præſentandi, & non eſt quæſtio cum Eccleſia. quicquid dicat Lamb. fol. 69. Ita in cauſa * Placentina canonicatus & præbendæ, coram Thanis, de menſe Februarij. 1545. inter Iulium Malu icinum, & Vincentium Bonannum. Allegatur pro deciſione Ant. in c. vt vnuſquiſque. de pecul. cleric. & ibi Abb. in fin. & in c. cum eſſes. in 3. principali quæſt. verſ. ſecundo caſu. Alexandrin. in c. ſicut manifeſte. in fin. 12. q. 1. Salyc. in auth. licentiam. C. de Epiſcopis & cleric. Barbat. in c. cum in officijs. col. 6. ver. ſeptimo. de teſtam. Roman. late. conſ. 159. verſ. tertio caſu principali.

* deciſ. 222. lib. 2.

DECISIO XVIII.

INſtitutio facta per ſententiam, & non præmiſsis edictis, eſt bona. in tantum quod quis excuſatur vt non incidat in pœnam c. fin. de elect. lib. 6. Ita in cauſa Portugallenſi de Volpejares, coram Puteo, 25. Octobris. 1546.

* deciſ. 473. lib. 2.

DECISIO XIX.

AN beneficia iuriſpatronatus, quando non conſtat de dotatione vel fundatione, comprehendatur ſub regulis reſeruatiuis, fuit diſputatum in vna Piſana capellaniæ, coram Thanis, & nihil reſolutum. Pro affirmatiua allegatur Felin. in tract. in 11. Fallen. & Caſſad. deciſ. 4. de iure patronatus.

DECISIO XX.

SVbreptitia fuit iudicata derogatio patronatus, facta in fauorem vnius ex patronis in reſignatione ſibi facta cum derogatione in totum. attento quod orator eſt vnus ex patronis, quia licet eſſet vnus ex patronis, tamen patronatus erat penes duas familias. inter quas erat conuentio, quod præſentatio alternatis vicibus pertineret: & tunc familiæ iſtius impetrantis, non competebat præſentatio, de qua non fuit facta mentio. Ita in cauſa * Regienſi capellaniæ, coram Roſſanenſi, 27. Februarij. 1548. inter Vincentium de Bratiſolis, & Theodoſiũ de Anguiſciolis. Et licet diceretur quod Papa pariter conceſſiſſet, tamen allegabatur, quod ex quo doloſe fuit tacita iſta cõuẽtio, de qua reſignãs habebat notitiã & reſignatarius habere præſumebatur, quod ſibi debebat præiudicare. vt per Felin. in c. ſuper litteris col. 3. verſ. limita. 5. Et dicebatur etiã, quod non erat verum quod Papa fuiſſet veriſimiliter conceſſurus.

* deciſ. 106. lib. 3.

DECISIO XXI

OMiſſio prætentandi, cum fuit vltimo loco reſignatum beneficium, non inducit ſtatum libertatis. vt in cauſa Triuentina parochialis ſancti Baſilij, coram Proſpero. 2. Ianuarij. 1547. Vide Decium conſ. 117. ſeu. 124.

DECISIO XXII.

PEr narratiuam præſentationis, factam in inſtitutione quæ habuit effectum per plures annos, probatur ipſa præſentatio, & quaſi poſſeſsio etſi aliter non conſtet de iure patronatus ex fundatione, dotatione, vel præſcriptione. Ita in cauſa Salamantina capellaniæ ſancti Ioannis, coram Puteo, inter Hieronymum Lopez, & Ioannẽ Mendozza. 16. Nouembris. 1541. Allegatur Rota 423. in nou. quam ponderat. Bal. in c. poſt ceſsionem. de prob. col. 5. verſ. per hoc tenent Domini. dummodo conſtet aliter de patronatu. Quę deciſio etiam in contrarium ponderatur per Roch. in verbo. honorificum. nu. 83. eam tamen limitando, niſi agatur de pręiudicio tertij, quod non conſiderabatur in hac cauſa. licet ex aduerſo veniret impetrans Apoſtolicus. quia ambo veniebant per obitum eiuſdem. & illa narratiua facta fuerat in litteris mortui.

* deciſ. 167. lib. 1.

DECISIO XXIII.

IN eadem cauſa * 9. Iunij 1542. per quatuor ex Dominis, tribus contradicentibus, fuit tentum, quod non aliter docendo de mandato dato ad præſentandum in vltima vacatione, quam quod dicebatur in inſtrumento inſtitutionis, N. tanquam procurator, qui ſe oſtendit eſſe Franciſci præſentaſſe. & ad pręſentationem iſtius procuratoris, mortuus fuerat inſtitutus, quod ex illis verbis narratiuis non probaretur mandatum, ad effectum conſtituendi Franciſcum in quaſi poſſeſsione, cum mandatum non pręſumatur. & tanto fortius ad pręſentandum, cum de eo non fieret mentio. Et deinde die duodecima eiuſdem quatuor ex illis, tenuerunt quod ex illis verbis non probaretur mandatum. duo autem quod ſic. Allegabatur vna ratio. videlicet, quod ad præſentandum, requiritur mandatum ſpeciale. & quod, licet enunciaretur mandatum, non dicebatur quod eſſet ſpeciale ad pręſentandum. & ideo non debebant concurrere tot ſpecialia: videlicet quod præſumeretur mandatum, & quod eſſet ſpeciale, & quod præſumeretur præſentatio. de qua etiam non apparebat. Et propter iſtas tot ſpecialitates. 13. Martij. 1545. Domini iterum firmarunt, non eſſe quæſitam quaſi poſſeſsionem.

* Vide deciſ. 145. lib. 2.

DECISIO XXIV.

IN eadem * cauſa, 6. Martij 1545. ſuppoſito mandato, fuit tentum, quod bona fides præſentantium præſumitur. ex quo elapſi erant vigintiquinqne anni poſt præſentationem factam. licet Doctores videantur velle, quod alias requiruntur triginta anni ad inducendam bonam fidem. Ponderabatur hic auctoritas Ordinarij, & tolerantia. ex quo enim Ordinarius admiſerat præſentationem, conſtituitur præſentans in bona fide.

* deciſ. 137. lib. 2.

DECISIO XXV.

CVm in dicta cauſa 24. Octobris. 1542. fuiſſet dubitatum. An, ex quo Vicarius Cardinalis inſtituerat tanquam de beneficio iuris patronatus Cardinalis vigore indulti, potuerit conferre capellam vti liberam Domini. fuerunt diuiſi in eadem cauſa.

DECISIO XXVI.

QVaſi poſſeſsio præſentandi non cenſetur quæſita, etiam quod fuerit facta præſentatio per aſſertum procuratorem meum iam viginti quinque annis elapſis. niſi conſtet de tali mandato, ne concurrant tot ſpecialia, etiam ſi ille præſentatus, aſſequutus fuerit poſſeſsionem ex tali præſentatione. Ita in dicta cauſa * 13. Martij 1545. Et ratio fuit, quia non conſtabat alias illos eſſe patronos. Si enim conſtitiſſet, forte eſſet ſecus, ex quo ſi fuiſſent patroni, & in tanto tempore non ſe oppoſuiſſent, & permiſiſſent præſentatum poſsidere, viſi eſſent ratificare, & eis eſſet quæſita poſſeſsio. Velle igitur præſumere, quod eſſent patroni, & quod præſumatur etiam ratificatio, nimis eſt. Item fuit dictum, quod licet enuncietur mandatum procurationis, non dicebatur quod eſſet ſpeciale ad id, vt requiritur.

* deciſ. 145. lib. 2.

DECISIO XXVII.

IVs præſentandi præſeruatur compatronis, qui prius non erant in quaſi poſſeſsione præſentandi. nec poteſt eis præſeruari quaſi poſſeſsio, cum eam non haberent prius. quicquid dicat Abb. conſ. 54. Ita in cauſa * ſancti Andreæ. cano-

* deciſ. 290. lib. 2.

canonicatus, & præbendæ, coram Maceratenſi. 24. Martij. 1542. inter Gregorium, & Ioannem. Rota mota eſt propter conſ. Decij 129. Allegabatur tamen, quod etiam præſeruabat poſſeſsio. quia ſicut poſſeſsio transfertur per ſententiam, ita per reſeruationem, quæ habet vim ſententiæ. vt per Bald. in d. l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. col. pen. & in repet. l. in ſuis. in 3. col. verſ. nam hic dicit continuari. ff. de lib. & poſth. Lamb. fol. 187. & Roch. in verbo. competens. q. 20. vbi dicit, quod talis validæ præſentat, ex quo alius non eſt in poſſeſsione. Item allegatur, quod conſeruatur quaſi poſſeſsio per præſentationem vnius ex compatronis, etiam quod alter nunquam præſentauerit, Pau. de Caſt. in l. communis ſeruus. ff. de acquir. poſſeſsione. Roch. in d. verbo. competens. q. 17. Abbas. d. conſ. 54. & Calder. conſ. 15. de iurepatronatus. Tanto magis cum alius non ſit in poſſeſsione. vt ponderat Roch. quæſt. 20. & Pau. de Caſtr. vbi ſupra. Sed ex aduerſo dicebatur præmiſſa procedere quando compatronus alias fuit in poſſeſsione. quia aliter non poteſt conſiderari præſeruatio, vt per Decium. d. conſ. Et hoc comprobatur per conſilium Federic. 202. in fin. qui loquitur de eis qui prius poſſederunt. Ita dicitur loqui Calderin. & Abb. & dicitur quod not. per Pau. de Caſt. procedunt in adminiſtratore qui adminiſtrauit pro pluribus. nec ibi agitur de præſeruatione, ſed de acquiſitione. Reſpondebatur tamen, quod immo. Abb. in d. cõſ. dum dicit quod non probatur illos eſſe in quaſi poſſeſsione præſentandi, non dicit poſſeſsionem fuiſſe præſeruatam. & quod Federicus dicit fuiſſe præſeruatam quaſi poſſeſsionem illi qui præſentauit. Item dicitur, quod Pau. de Caſtr. clare loquitur, & quod Roch. q. 20. multum ponderat ſufficere dominium ſine poſſeſsione, quando nullus eſt in quaſi poſſeſsione.

De locato, & conducto.

DECISIO I.

LICET Prælatus & dominus recipiendo penſionem videatur conſentire locationi, tamen an videatur relocaſſe ad aliud nouennium per receptionem huiuſmodi, ſtante conſuetudine probata quod conſueuerit fieri locatio ad nouennium, fuit dubitatũ in cauſa * Romana locationis caſalis, inter Maximos, & Cardinalem Hipporegienſem, coram Puteo. 21. Octobris. 1541. Et cum allegatur deciſ. 2. de locat. in nou. & Aegid. 748. fuit dictum, quod dictæ deciſiones procedebant in locatione expreſſe facta, nõ in tacita. alias præſumeretur facta locatio etiam pro eodem tempore. Tamen. 24. Octobris fuit tentum, quod Cardinalis non teneretur ſtare locationi, & quod recipiendo penſionem non videatur confirmare, niſi pro eo tempore quo recipit. Allegatur, quod locatio iſta erat perſonalis, & finiebat cum Prælato, per c. 2. de feudis.

* deciſ. 174 libe. 1

DECISIO II.

IN eadem cauſa * 26. Octobris. 1541. tentum eſt, quod per quietantiam in qua dicebat. Hò riceuuto per l'affitto di queſt'anno. non inducebatur expreſſa locatio, ſed tantum tacita. Allegatur, quod conſenſus qui ex facto colligitur, dicitur tacitus. c. his autem. 22. q. 2. c. tuæ de ſponſal. c. is qui eod. tit. regula qui tacet. c. ſtatutum. de reſcript. §. in nullo. Licet in contrarium allegaretur Bart. in l. 1. §. ſin autem. & ibi Angel. de hæred. inſt. vbi quando duo ſunt verba ſubſequutiua, verbum principale ſemper habetur pro expreſſo. & Ang. in l. quoties. ff. eod. tit. & Dec. cõſ. 98. alias 68. nu. 3. ſubdens quod quando ex verbis ſcriptis, reſultat vel infertur aliquod neceſſariũ pro perficienda oratione & diſpoſitione, ſemper id dicitur expreſſum. Vnde dicitur, quod in verbis. per l'affitto del Caſale. debet intelligi verbum locato.

* deciſ. 178. lib. 2.

DECISIO III.

IN eadem cauſa, die 27. Martij. 1542. tentum eſt quod iſta tacita locatio non extẽderetur vltra terminos facti à quo reſultabat. Allegatur gloſſ. in Clem. ſæpe de verb. ſign. & Decius. in c. dilecti. de appell. in contrarium vero allegatur Alex. conſ. 14. vol. 2.

DECISIO IV.

IN emphiteuſi conceſſa matri & filiæ, præſentibus & ſtipulantibus, acquiritur vtrique pro dimidia, & non debet ſuccedere filia ordine ſucceſſiuo propter virtutẽ contractus, & ſtipulationis. Ita in cauſa * Romana domus, inter Catherinam Ramozzottam, & Ioannem de Vergara, corã Thoma. 27. Maij. 1547. Alex. conſ. 38. col. 1. vol. 2. & Bart. in l. Gallus. §. quidam. recte loquitur quando pater ſtipulatur filijs qui ſunt in eius poteſtate. ſecus quando ipſe filius, qui fuit ſtipulatus, erat ſui iuris.

* deciſ. 181. lib. 2.

De officio delegati.

DECISIO I.

DElegatus, ſeu exequutor litterarum, deputatus ad informandum ſe de fructibus ſuperexcreſcentibus, & habita informatione ad prouidendum certæ & nominatæ perſonæ, poteſt ſubdelegare. quia non eſt electa induſtria perſonæ. Ita in cauſa Burgẽſi fructuum, coram Mareſcoto. 18. Decembris. 1542. Allegatur tex. in c. is cui. de off. deleg. lib. 6. Vbi quod quando Papa mandat prouideri certæ perſonæ, exequutor poteſt ſubdelegare. ſecus ſi incertæ perſonæ.

DECISIO II.

IVriſdictio non perpetuatur per citationẽ nulliter exequutam, ſed bene per commiſſionem de citando. iuxta deciſionem primam Biſignet. de off. deleg. & 9. de dolo in antiq. & Aegid. 699. Sed fuit inclinatũ per maiorem partem, quod procederent dictæ deciſiones tantũ in delegato a Principe. ſed non fuit reſolutum. Fuit tamen dictum, quod ex quo citatio fuit decreta ad inſtantiam procuratoris aſſerti, quod non perpetuabat iuriſdictionem: quia iudicium conſiſtit ex tribus. Ita. 16. Aprilis. 1540. in cauſa Vlixbonenſi Decimarum, coram Puteo, inter Federicum Gundiſaluum, & monaſterium & Abbatiſſam ſancti Saluatoris. Allegatur communis opinio, quod per mandatum de citando non perpetuatur iuriſdictio. vt per Imol. & Felin. in c. relatum. de off. deleg. Et iſtud intelligitur niſi ſit delegatus a Principe. iuxta tex. in c. fin. de off. deleg. & ibi Bald. & Felin. Iaſ. in l. more. de iuriſd. om. iud. dicit eſſe communem Canoniſtarum. col. 11. Et dicitur, quod dictæ deciſiones procedunt in Auditoribus Palatij. In contrarium autem allegatur Io. And. in c. fin. de off. deleg. qui tex. loquitur in inferiori. & Io. And. in add. ad Specul. in tit. de recuſ. §. 1. in fin. Ant. de Butr. in d. c. relatum. col. 1. Bald. in c. gratam. eod. tit. Abb. in d. c. fin. col. fin. Marian. in c. propoſuiſti. in 4. principali quæſt. Caccialup. in d. l. more. q. 26. num. 31. Decius ibi col. 9. Purpur. nu. 11. & Curt. nu. 77.

De officio Vicarij.

DECISIO I.

DEputatus adminiſtrator in Eccleſia Caurienſi, donec electus Epiſcopus perueniret ad ætatem vigintiſeptem annorum, cum narratiua. cum ſicut accepimus, tu, multis annis in dicta Eccleſia Vicarius exiſtens, te laudabiliter geſſeris, te in Adminiſtratorem dictæ Eccleſiæ, in ſpiritualibus & temporalibus conſtituimus, curam, & adminiſtrationem d. Eccleſiæ in ſpiritualibus, & tẽporalibus tibi plenarie committendo, ita quod etiã ea quę Ordinarij ſunt, exercere poſſis & valeas, fuit tentũ in cauſa * Caurienſi parochialis del Caſar, coram Aquenſi. 4. Februarij. 1545. quod habeat ordinariam. per gloſſ. in c. is cui procurator. de elect. in 6. Et die. 9. Februarij. 1545. quod nõ eſſet electa induſtria perſonæ. & ideo potuit ſubſtituere alium.

* deciſ. 218. lib. 2.

DECISIO II.

LIcet Vicarius ſubdelegatus a Rota ſuper liquidatione fructuum, non poſſit aliũ ſubdelegare ſpecialiter in illa cauſa, nihilominus ſi habet facultatem ſubſtituendi aliũ in loco ſui in caſu abſẽtię poſſit ſubſtitutus generaliter ab eo. procedere in tali cauſa. cum videatur ſubſtitutus a D. Epiſcopo, Rota. 414. Ita in cauſa * Cenetenſi canonicatus, coram Reomano. 25. Octobris. 1546.

* deciſ. 476. lib. 2.

DECISIO III.

COllatio Vicarij, facta poſt mortem Epiſcopi, ante illius ſcientiam valet. Ita in cauſa * Iacenſi Canonicatus, coram Auguſtino. 27. Ianuarij. 1546. Felin. in c. cæterum. col. 7. de reſcrip. Cald. conſ. 4. de off. deleg.

* deciſ. 360. lib. 2.

DECISIO IV.

EPiſcopus non poteſt deputare Vicarium perpetuum, niſi ex cauſa iuſta. gloſſ. in c. extirpandæ. §. qui vero. de præben. & per Oſtienſ. in ſum. hoc titulo. §. aliquibus. Ideo deputatio facta ſine cauſa legitima, non ligat ſucceſſorem. Ita in cauſa * Mediolanenſi Vicariatus, coram Fabio.

* deciſ. 233. lib. 2.

DECISIO V.

VIcarius generalis. poteſt conferre & inſtituere vigore alternatiuę conceſſæ Epiſcopo. etiam quod in eius facultate

nihil

nihil dictum fuerit de alternatiua, & adhuc ſuper illa litterę non eſſent expeditæ. Ita in cauſa Portugallenſi de Golpeiares, corā Puteo, 29. Octobris. 1546. * deciſ. 477. lib. 2.

DECISIO VI.

Vicarius non poteſt petere ſalarium non conuentum, etiam officio iudicis. Ita in cauſa * Zamorenſi ſalarij, coram Puteo inter Petrum Emanuelem, & Gundiſaluum de Monte. 5. Nouembris. 1543. Allegatur Bart. in l. 1. §. iudi. de var. & extraord. cognit. Fed. conſ. 218. in fin. & Dec. 123. & Alexan. 109. vol. 1. Et dicitur non obſtare conſ. Socin. 196. col. 2. quia intelligitur ſecundum conſ. Alex. ſi ſit conuentum, vel ipſe conſueuerit locare ſuas operas. Tamen die 31. Ianuarij 1547. in eadem cauſa * Domini voluerunt, quod non ſufficeret, iſtum fuiſſe ſolitum locare ſuas operas, niſi probaretur quod Epiſcopus ſolebat conducere alios Vicarios cum ſalario, vltra alia iura quæ eis dabat. Voluerunt tamen *. 11. Februarij. 1547. quod, ex quo Epiſcopus anteceſſor moderni Epiſcopi Zamorenſis, qui conduxerat iſtum Vicarium, fuerat carceratus, & iſte Vicarius aduocauerat pro eo, & fecerat multas impenſas, teneretur ſucceſſor ad illas. Allegatur Abb. in c. ex præſentium. ver. ex hoc de pignoribus. & in c. per tuas. de donat. in ſecundo notab. Alexan. conſ. 206. vol. 2. Iaſ. conſ. 222. vol. 2. Iſtud enim dicitur verſum in vtilitatem Eccleſiæ. Doctor. in l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Doctor. in cap. 1. de ſolution. Vbi quod ſufficit probare quod Epiſcopus indigebat. & tunc præſumitur quod pecuniæ verſæ ſint in vtilitatem. Ideo 23. Maij. 1547. voluerunt Domini, quod Petrus Emanuel ſucceſſor Epiſcopi carcerati & mortui, teneretur ad iſta, non obſtante quod poſtea fuiſſet tranſlatus ad aliam Eccleſiam. ex quo perceperat fructus iſtius Eccleſiæ, qui erant obligati Vicario. ne mora ſua ſibi fuiſſet proficua. Et allegatur Gemin. & Franc. in c. fin. §. porro. de offic. ordin. & Gemin. conſ. 3. & Guido Papæ 547. Licet poſtea 20. Iunij, detecto quod Petrus Emanuel non erat immediatus ſucceſſor dicti Epiſcopi carcerati, ſed Franciſcus de Mendoza, & quod iſte Vicarius fuerit in mora petendi ab eo, & ab adminiſtratore Epiſcopi carcerati, tenuerunt contra Vicarium, ne aperirent viam ad illam quæſtionem quam nunquam Rota voluit decidere: videlicet, An ſucceſſor in beneficio teneatur ad penſiones.

* deciſ. 45. lib. 2.

* deciſ. 2. lib. 3.

* deciſ. 21. lib. 3.

De officio Ordinarij, & Legati.

DECISIO I.

Ordinarivs poteſt viſitare, & retinentes beneficia reſeruata amouere, licet non poſſit illa conferre. Ita in cauſa * Fundana Præceptoriæ S. Antonij, coram Puteo. 22. Martij 1549. * deciſ. 229. lib. 3.

DECISIO II.

Iuriſdictio corrigēdi exceſſus Capitulariū, competit Epiſcopo de conſilio Capituli. Ita in cauſa * Paleſtina iuriſdictionis, inter Epiſcopum, & Capitulum, coram Proſpero. 23. Ianuarij 1548. Allegatur Felin. in c. irrefragabili. de offic. ordin. & doctor. in c. nouit. de his quę fiunt à Prælat. * deciſ. 92. lib. 3.

DECISIO III.

Auditor Cameræ, dicitur habere ordinariam iuriſdictionem. quia Cardinalis, & Imol. in Clem. Auditor. de reſcript. dicunt quod eſt potius quęſtio facti quam iuris. & quod in hoc ſtandum eſt ſtylo Curię cum de ſtylo, in commiſsionibus petatur quod committatur alicui Ordinario Vrbis, & Signatura reſpondeat, audiat Auditor Cameræ. Item cum paſsim dicat, quod Auditor Cameræ audiat & procedat iuxta ſuā ordinariam facultatem. Ita in cauſa Romana penſionis domus, corā Sarnenſi inter Iacobum della Zecca, & Petrum Matthæū de Fulgineo, prima Martij. 1540.

DECISIO IV.

Auditor Cameræ, poteſt procedere etiam cōtra laicos ratione ſalarij, & ꝓ expēſis in Romana Curia factis virtute clauſulę ſuorum priuilegiorū. vt in vna Vlixbonenſi coram Thanis, inter Didacum, & Georgiū Lopez. 29. Nouembris. 1540.

DECISIO V.

Legatus poteſt conferre deuoluta ad Papam, etiam ex propria negligentia ipſius Legati. vt in cauſa * Tudertina Parochialis del Pozzo, coram Rauellenſi. 27. Aprilis. 1546. * deciſ. 258. lib. 2.

DE

DECISIO VI.

NVncius Portugalliæ non poteſt admittere reſignationem in fauorem certæ perſonæ, etiam quod in facultatibus dicatur, quod poſsit reſeruare penſiones ipſis cedentibus, aut alijs perſonis, ex cauſa dictæ reſignationis. Ita in cauſa * Siluenſi Archidiaconatus, coram Proſpero, inter Antonium Machado, & Ioannem Laurentij. 16. Nouembris. 1547.

* decif. 445. lib. 2.

DECISIO VII.

NVncius Hiſpaniarum non poteſt conferre beneficia litigioſa in Curia quia clauſula quę loquitur de litigioſo, procedit in reſignationibus. Ita in cauſa Salamantina beneficiorum, coram Reomano. 3. Decembris. 1546.

De Pœnis.

DECISIO I.

POENA priuationis, non incurritur non reſidendo. ſtante lite, vt ſupra de conſtitut.

De Penſionibus.

DECISIO I.

PENDENTE cauſa ſuper nullitate penſionis, quando agitur ad beneficium, non poteſt procedi ad cenſuras ob non ſolutionem penſionis. maxime coram alio iudice. Ita in cauſa Abulenſi de Almena inter Franciſcum Sanchium, & Andream Vela. 16. Martij 1548.

DECISIO II.

PEnſio reſeruata ex cauſa ceſsionis de conſenſu ceſsionarij eſt bona, etiam ſi non doceatur de bono iure cedentis. Ita in cauſa * Cęſarauguſtana ſpolij, corã Fabio 9. Decembris. 1545. & in cauſa Conchenſi penſionis, coram Mohedano. 20. Maij 1541. Simonetta. deciſ. 26.

* Vide deciſ. 333. & ibi additionem. lib. 1.

DECISIO III.

REſeruatis fructibus, vel, ſi maluerit, penſione annua ducatorum 100. ſi quis, exegit penſionem pluribus annis, non poterit variare, & velle fructus. Ita 9. Martij 1548. coram Fabio, in cauſa * Cordubenſi dimidiæ portionis, inter Valerium Ruiz, & Alphonſum de Medina. Allegatur l. ſi quis ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Item, quod aut ſumus in vltima voluntate, & non licet variare. l. ſerui electione. ff. de leg. 1. aut. in contractibus, & electio eſt debitoris. In dubio autem, dicitur quod ſit creditoris. & tunc non poteſt variare. vt d. l. ſi quis ſtipulatus. Nec obſtat l. ſi ſterilis de acquir. poſſ. quia ibi loquitur quando per creditorem eſt aliquid implendum ſingulis annis. vt per Bart. ibi in §. fin. Itẽ hic eſt vnica obligatio, & non plures. vt per Angel. in l. ſi Stichum. §. 1. ff. de verb. obligat. Et iterum reſolutum eſt. 11. Ianuarij. 1547.

* deciſ. 113. lib. 3.

DECISIO IV.

TRanslatio penſionis, facta per militem S. Petri coram aliquo Prælato, non exhibito priuilegio, valet. nõ obſtante deciſione facta in cauſa Ciuitatenſi penſionis quod litteræ penſionis ſint præſentandæ coram executore. Ita in cauſa * Fauentina penſionis. coram Proſpero. 2. Decembris. 1545. Allegatur Bart. in l. 3. de milit. teſtam.

* deciſ. 334. lib. 2.

DECISIO V.

TRanslatio facta in articulo mortis, valet etiamſi in prima aſſignatione non ſit clauſula. in mortis articulo, cũ dicta clauſula ſubintelligatur, & non ſit neceſſaria licet apponatur ad cautelam, & nil obſtat quin poſſit transferre quis in articulo mortis. Ita in cauſa * Gadicenſi penſionis, corã Thoma, inter Lazarum Gariam, & Antonium Mudarra. 13. Maij. 1541. Allegatur Sarnẽſis in quæſt. 16. de infir. Et vide quando quis dicatur in articulo mortis per Felin. in c. paſtoralis. §. præterea. de off. ordinarij. Bart. in l. 1. nu. 30. C. de Sacroſ. Eccleſ.

* deciſ. 333. lib. 1.

DECISIO VI.

PEnſio poteſt annullari, ſi ille cui reſeruatus fuit regreſſus, ob nõ ſolutionem vel alias non erat habilis ad obtinendum illud beneficium. Ita in cauſa Gebennenſi ſecrualliſ: vt infr. de renunciat.

DECISIO VII.

TRanslatario debetur terminus integer penſionis currentis, nec eſt facienda diuiſio inter eum & hæredes, iuxta diſtinctionem Bart. in l. fin. ff. de iur. fiſci. qui reſpondet ad l. defuncta. ff. de vſufruct. Facit conſ. Roman. 10. Alex conſ. 82. vol. 2. in fin. & conſ. 40. vol. 6. in fin. Pro quo facit

facit, quia dicitur quod ſit ſoluenda iuxta formam primæ, in eiſdem locis & terminis. Ita in cauſa * Granatenſi penſionis inter Cardinalem Polum, & hæredes Epiſcopi Veronenſis, coram Proſpero. 17. Februarij. 1547.

* decif. 14. lib. 3.

DECISIO VIII.

SOlutio penſionis præteritæ, facta propter clauſulam. ſine retardatione. non tribuit poſſeſſionem, cum ſit facta ſolutio ex neceſſitate. Ita in cauſa * Hiſpalenſi penſionis, coram Puteo. 27. Maij 1545. Et licet diceretur eſſe acquiſitum ſtatum quendam, vt per Abb. in c. quærelam. de elect. 3. not. tamen ille ſtatus, erat extinctus ex illo actu, facto metu clauſulæ, ſeu cenſurarum. Bart. in l. cum te. ff. quod met. cauſ. & in l. 1. §. quod parui circa finem. ff. quod vi, aut clam. Roman. conſ. 369. Poſſeſſio enim in incorporabilibus, non acquiritur ſine animo tradentis. vt in c. olim. de reſt. ſpoliat. & ibi Doctor. per tex. in l. ſi aquam. ff. de ſer. & aqua. late in c. Eccleſia. de cau. poſſeſſ.

* decif. 273. lib. 2.

DECISIO IX.

SEntentia declaratoria ob non ſolutionem, non tranſit in rem iudicatam, quin poſſit poſtea dici de nullitate. vt infr. de re iud.

DECISIO X.

PRiuilegium Leonis, circa tranſlationem militum ſancti Petri, fuit interpretatum quod non intelligeretur vltra ſummã duc. 150. etiam quo ad clericos transferentes, & ita declaratum fuit per Paulum. Ita in cauſa * Hiſpalenſi penſionis, coram Puteo 8. Februarij. 1546.

* decif. 372. lib. 2

DECISIO XI.

PEnſionem ſoluere quis non tenetur, poſtquam reſignauit beneficium grauatum, etiam ſi paulo poſt aſſignationem penſionis reſignauerit, & conſtet de nullitate reſignationis per eũ factę. cũ in ea reſeruauerit ſibi aliam penſionem non facta mentione de prima, & in ſupplicatione erat clauſula. & non aliter nec alio modo. Ita in cauſa Hiſpalenſi penſionis, coram Io. Paulo, inter Andream Carillo, & Albertum Antoniolum. 16. Iunij. 1541.

DECISIO XII.

DEcreto, quod penſio exigi non poſſit donec alia penſio, prius Epiſcopo Scalenſi reſeruata, iudicialiter reſoluta & extincta fuerit, & Epiſcopo fuerit inhibitum taliter quod penſionem exigere non poſſit, ſatisfactum eſſe cenſetur, ſi fuit commiſſa cauſa ſuper nullitate contra tranſlatarium Epiſcopi, & ſibi inhibitum ne ſolueret. Ita in cauſa Hiſpalenſi penſionis, coram Reomano. 29. Nouembris. 1546. Quamuis diceretur, quod intelligendum erat de inhibitione perpetua, & non de temporali, vt erat iſta. & etiã opponeretur quod erat inhibitũ Epiſcopo non tranſlatario, quia cõditiones ſunt in forma ſpecifica implendæ.

DECISIO XIII.

PEnſio, præſertim aſſignata ex cauſa reſignationis, vacat per contractum matrimonij. quicquid dicat Sarnen. queſt. 21. de annali. Ita in cauſa * Lamacenſi penſionis, coram Ptolomeo. 4. Iunij. 1546.

* decif. 449. lib. 2.

DECISIO XIV.

STante clauſula. ſine retardatione. conſtito de reſeruatione penſionis, ac inſtrumento tranſlationis, & poſſeſſione oratoris, procedendum eſt ad exequutionem, nõ obſtante doctrina Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. vbi, quod poſſum dicere, inſtrumentum non eſſe inſtrumentũ, quia illud procedit in petitorio. Nec obſtat, quod diceretur cõſtare de nullitate in actis. quia in petitorio poterit probari contrarium ex aduerſo. Ita in cauſa * Licienſi penſionis, coram Puteo. 16. Decembris. 1541.

* decif. 132. lib. 2.

DECISIO XV.

MOrtuo de menſe Decembris penſionario, ſucceſſor, qui non percepit fructus quia magna curia illos habuit, nõ tenetur ſoluere, ſed tenetur cedere actiones. quicquid dicat Gigas quæſt. 62. Ita in cauſa * Mazarienſi penſionis, coram Rauellenſi. 12. Decembris. 1544.

* decif. 185. lib. 2.

DECISIO XVI.

PRiuilegium Pauli conceſſum militibus S. Petri, quo ad clauſulam transferendi vſque ad ducatos 150. comprehendit tranſlationes antea factas. Ita 22. Maij. 1545. In vna * Nouarienſi penſionis, coram Tolomeo, inter Ioannem Florentinũ, & Iulium de Galerata.

* Vide decif. 372. lib. 2. ſed non cõcordat nomen cauſæ nec tempus.

DECISIO XVII.

COmmiſſa cauſa ſuper nullitate tranſlationis factæ in manibus Canonici, non poteſt Auditor declarare penſionem à principio

cipio bene reſeruatam primo, ſuper quo etiã dubitabatur. & declaratur penſionarium incidiſſe in cenſuras in litteris contentas. quia prius per tres ſententias erat confirmanda tranſlatio. Ita in cauſa Panormitana penſionis, pro Andrea Vela, contra Iuliũ Gallettum, coram Ptolomæo. 26. Februarij. 1546. Et alia vice 29. Februarij. 1546.

DECISIO XVIII.

LIcet bulla Iulij ſecundi caueatur non ſuffragari retentiones penſionum, & beneficiorum conceſſas Epiſcopis, niſi litteræ ſint expeditæ; tamen hoc tentum fuit non habere locum in Eccleſiis exiſtentibus in partibus infidelium. Ita in cauſa Panormitana penſionis, corã Ptolomæo inter Iulium Gallettum, & Andream Vela. non obſtãte quod eſſet productus ſtylus Cãcellariæ ſubſcriptus, in quo fiebat fides, quod etiam in iſtis Eccleſijs ſoluitur annata pro retentione.

DECISIO XIX.

PEnſione aſſignata in locum primę caſſatæ quam quis prius habebat cum facultate transferendi. etiam quod dicatur, cũ eiſdẽ clauſulis & decretis in priore penſione contentis. & cęt. numquam venit facultas transferendi, conceſſa per dictas clauſulas generales. quia illa verba generalia, intelliguntur de clauſulis validantibus ipſam penſionem. Ita in cauſa * Vrbis nullitatis tranſlationis, coram Fabio. 27. Nouembris. 1545. inter Nicolaum Verdamaco, & Petrum Hieronymum de Oblechijs.

* decis. 332. lib. 2.

DECISIO XX.

IMpræſtita debent detrahi, quando penſio non eſt libera & exempta, ſi deuenitur ad ſequeſtrationem fructuum, & recuperatio eſt difficilis. facta tamen ceſſione. Ita in cauſa * Vicentina penſionis, coram Rauellenſi. inter Cardinalem de Rodulphis & Franciſcum Soderinum. 12. Februarij. 1546. Et ſimiliter, tentum fuit, D. Franciſcũ teneri ad collectas, & ad ſolutionem caſtellani Bundelli. 7. Februarij. 1546. coram Proſpero.

* decis. 376. lib. 2. & decis. 6. lib. 2.

DECISIO XXI.

STante commiſſione ſuper nullitate penſionis cum clauſula. ſine retardatione ſolutionis. iuriſdictio dicitur data ſub conditione, vt per Sarnenſem in compen. ſignat. nu. 84. In tantum quod ſententia lata ſuper abſolutione a moleſtationibus in fauorem penſionarij, fuit habita pro nulla. Ita in cauſa Tarraconenſi penſionis, coram Thanis, inter Ioannem Bartholomæum, & Antonium de Graſſis. 21. Nouembris. 1544.

DECISIO XXII.

QVando quis habet facultatem transferẽdi, cum decreto quod debeat intimari infra tres menſes, etiam ſi fiat tranſlatio in fauorem abſentis, non poteſt excuſari ratione abſentiæ, quia transferens ad illam faciendam tenebatur. Ita in cauſa Segobienſi penſionis, coram Aquenſi, inter Matthæum Loffre, & Ludouicum Arias. 9. Ianuarij. 1542. Allegatur in arg. c. vnicũ de iurepat. in 6. & deciſ. 3. de iur. patr. in nou. Vbi quod non ſufficit præſentare, niſi patronus notificet Ordinario infra quatuor menſes. Item, quando negligentia non conſideratur propter odium, vel culpam, ſed ſimpliciter in odium negligentis, tempus currit ignoranti. vt in l. final. ff. de præſcrip. long. temp. & per Paul. & Dec. in l. quamdiu. in fin. C. qui admitt. Item facit, quod inſinuatio eſt facienda per donantem. Vt per Corn. conſ. 71. vol. 2.

DECISIO XXIII.

QVando litteræ ſunt inſertæ in monitorio, ſufficiunt quatuor termini ad docendum ſe paruiſſe monitorio, ad hoc vt poſſit fieri declaratio non redintegrato monitorio. vt ſupra. de iud. in cauſa Segobienſi.

DECISIO XXIV.

ITem quando decernitur monitorium ſine clauſula. ſi ſenſeris. tunc non reſoluitur per negationem. vt in eadem cauſa.

DECISIO XXV.

IN eadem cauſa etiam allegabatur doctrina Alberici. in l. 2. de in diem. adiect. vbi quod quando quis non comparet in termino, non reſoluitur monitorium.

DECISIO XXVI.

REſeruatis omnibus fructibus portionis fuit dubitatum, an reſeruatario debeantur omnes, etiam qui dantur propter intereſſentiam horis diuinis, cum non eſſet dictum aliquid de quotidianis diſtributionibus. ſuppoſito quod emolumenta Eccleſiæ diſtribuantur inter reſidentes vna hora ad beneplacitum, ſingulis diebus, pro certis menſibus anni. & pro alia parte dantur intereſſentibus ſingulis horis cuiuslibet diei. & quod omnia ſoluuntur in certis paghis. Et Domini, in cauſa * Segobienſi præ

* decis. 365. lib. 2.

prætenſæ reſeruationis fructuum, coram Fabio. inter Ludouicum de Mendozza, & Petrum Gundiſalui, 27. Ianuarij 1546. dixerunt, cauſam debere concordari propter periculum. quia omnes Eccleſiæ Hiſpaniarum ita erant, & poſſent ſuſcitari magnæ lites.

DECISIO XXVII.

PEnſionem obtinens tenetur acceptare retroceſsionem, ſi penſionarius qui ſuccubuit ſuper beneficio, propter bonum ius alterius retrocedere velit. quia penſio fuit nulla a principio. Ita in cauſa Segobienſi penſionis de Valleludo, coram Fabio 19. Octobris 1546.

De præbendis, reſeruationibus, & materijs beneficialibus.

DECISIO I.

DAta vacatione ob non expeditionem nouæ prouiſionis, & non ſolutæ annatæ, collatio non reuertitur ad ordinarium, ſed Papa habet conferre. Ita in cauſa * Abulenſi * deciſ. 351. lib. 2.
de Villatoro, coram Tolomeo. 11. Ianuarij. 1546.

DECISIO II.

QVando beneficia vacant in aliquo ex octo menſibus, prouiſus vigore indulti, tenetur expedire nouam prouiſionem
in eadem * 15. Ianuarij. 1546. * deciſ. 353. lib. 2.

DECISIO III.

STante alternatiua. non obſtat dicta regula octo menſium. cum per praeſeruationem alternatiuarum factarum in dicta regula, ceſſet reſeruatio ipſius regulæ. Ita in eadem cauſa 1. Februarij 1546.

DECISIO IV.

FActa prouiſione eodem die per Papam, & Ordinarium ſi prouiſus ab Ordinario prius capiat poſſeſsionem debet præferri, ſemoto decreto irritanti, & motu proprio.
Ita in vna * Aquilana Archidiaconatus, * deciſ. 120. lib. 2.
coram Raynaldo. 4. Maij. 1541. Vide Caſſad. 15. de præben. & Calderin. conſ. 7. de præb. in fin.

DECISIO V.

PRæfertur prouiſus ab Ordinario, etiam ſi Apoſtolicus haberet clauſulam gratificationis. vt infra eodem titulo.

DECISIO VI.

INdulta Cardinalium, intelliguntur de beneficijs in quorum poſſeſſione conferendi exiſtunt. vt infra de priuileg.

DECISIO VII.

GRatia. ſi neutri. impetrata pendente termino ad publicandum acceptationem, non eſt bona, non obſtante conſ. Gemin. 79. & Roman. 483. quia requiritur quod beneficium vacet tempore Datę. Ita in cauſa Aretina parochialis, coram Tolomeo. 11. Iulij. 1540.

DECISIO VIII.

GRatia. perinde valere. dat titulum coloratum. 17. Octobris. 1547. in cauſa
* Aſtoricenſi parochialis de Torrenzo, co- * deciſ. 63. lib. 3.
ram Proſpero.

DECISIO IX.

REtroceſſio non pręſumitur iuxta allegationem Lapi, ſi poſt porrectam ſupplicationẽ cedens ſuperuixit triennio, & poſtea eo mortuo præſtetur conſenſus. Ita in
cauſa * Aſtoricenſi parochialis & benefi- * deciſ. 105. lib. 3.
cij, coram Auguſtino. 27. Februarij. 1548.

DECISIO X.

INter prouiſos a Legato & Capitulo eodem die, præfertur ille qui prius aſſequutus eſt poſſeſſionem. iuxta terminos c. ſi a ſede. de præben. in 6.

DECISIO XI.

REſeruatio ſufficienter probatur per narratiuam breuium, in quibus Papa appellat aliquem collectorem, ad effectum obtinendi abſolutionem. ſecus ad effectum obtinendi adiudicatoriam. Ita in cauſa * Bar- * deciſ. 10 lib. 3.
chinonenſi canonicatus, pro Sebaſtiano Tanapha, contra Sebaſtianum Gualterium, coram Mohedano. 11. Februarij. 1547. Ægid. 342. & 612. Bellenzin quæſt. 112.

DECISIO XII.

COllato beneficio tanquam vacante per obitum, venit etiam ſi vacet per ceſſationem commendæ quid quid ſit in acceptato vigore gratiæ expectatiuæ. vt loquitur

uis

Sarnen. queſt. 6. de benef. vac. per obit. famil. quia illud procedit propter affectionem. Ita in cauſa * Bellicenſi prioratus, inter Chriſtoforum Ferrat, & Petrum Burulardi, coram Marſicano. 5. Iulij. 1540. Quo die tamen fuit facta diſtinctio, & conſideratum, hoc procedere ſi gratia eſſet motu proprio. ſecus ſi ad partis inſtantiam.

* deciſ. 32. lib. 1.

DECISIO XIII.

TAciturnitas modicorum fructuum indebite perceptorum, puta vnius ſcuti, vel medij, reddit gratiam ſubreptitiam, quamuis fuerit facta mentio de intruſione in genere. quia in beneficialibus ſubreptio quantumcunq; minima viciat. c. ſi proponente. & c. ſi motu proprio. de præben. lib. 6. & quia de minimis curat Prætor, quando de iure communi, & ſuper minimis fit compoſitio. & lex quantumcunq; dura ſeruanda eſt. Ita in dicta cauſa * Bellicenſi. 29. Aprilis. 1541. Facit quod furtum committitur etiam in vno ouo. gloſſ. §. gallinarũ inſt. de rer. diuiſ. Si enim Papa intellexiſſet quod iſte fuit tãtæ temeritatis quod ſine titulo fructus vſurpaſſet, non cõceſſiſſet gratiam.

* deciſ. 126. lib. 1.

DECISIO XIV.

COmmenda temporalis conceſſa alicui cũ perceptione fructuum, dat ius conſiderabile. adeo quod tale beneficium non poteſt conferri alteri, niſi poſt tempus, vel debet ſaltẽ fieri mẽtio. ſecus tamẽ quãdo eſſet cõceſſa commenda contemplatione Eccleſiæ. Ita in cauſa * Brixienſi parochialis de Azano. inter Cardinalẽ de Gambara, & Patriarcham Conſtantinopolitanum, coram Thoma. 15. Maij. 1545. Allagatur Roman. conſ. 150. col. 3. Pet. in tract. permut. col. 2. quæſt. 3. & Pauin. in tract. in 3. quæſt. 2. par. col. 2. Æneas in 3. princ. quæſt. nu. 2. Caſſad. deciſ. 32. ſup. regulis, & 2. de vnione. nu. 13. & 5. de priuil. Selua quæſt. 45. 5. par. Non obſtat conſ. Roman. 256. & Sarnen. in regula de iur. quæſit. quæſt. 4. quia illa temporalitas erat incerta. quãdo vero ius eſt certum, ſecus eſt. Peruſ. in verſ. 32. Verum pro communi Selua in quæſt. 43. 3. par. omnes in c. veniens. de elect. lib. 6.

* deciſ. 164. lib. 2.

DECISIO XV.

AD hoc vt vacent priora beneficia promoti, debet conſtare de ſcientia promotionis ad Eccleſiam. nec ſufficit tacitus conſenſus quando erat reſeruata medietas fructuum alteri in conſiſtorio. & quod in conſiſtorialibus præſumitur præſtitus conſenſus in manibus proponentis. Ita in ſupradicta cauſa. 1. Iunij. 1545. coram Thoma.

DECISIO XVI.

COllatio facta per Capitulum & canonicos, interueniente Vicario Epiſcopi vti canonico non tamquam Vicario, licet propter priuilegia Vicarius & Capitulum deberent conferre, eſt bona. quia in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, quis poteſt ſuſtinere perſonam plurium, quando eſt circa eundem actum, vt quia ambo habent conferre, iuxta tex. in c. ſi quis. §. porro. de election. in 6. Et conſ. Anchar. 413. & dictum Felin. in c. ſuper litteris. de reſcript. nu. 10. procedit quando ſumus in diuerſis actibus. puta quod quis ſit iudex & teſtis. tunc enim procederet conſ. Anchar. In cauſa Burgenſi canonicatus doctoralis inter Andream Mendozzam, & Petrum Pontanum. 11. Ianuarij. 1549. coram Romano.

DECISIO XVII.

BEneficia ſubcollectoris deputati per collectorem, non ſunt reſeruata, ſi non probetur acceptatio, & exercitium. nec ſufficit probatum fuiſſe, quod habebatur & reputabatur pro tali, ad inducendum reſeruationem. Ita in cauſa * Calaguritana Scholaſtriæ, coram Tolomeo. 16. Iunij. 1546. Nam per reputationem non inducitur reſeruatio. Caſſador. 2. de conſt. nu. 2. Caſſan. in conſuet. Burgun. fol. 225. col. 3. in fin. & ſeq. Ægid. 433. & 612. Et in inferioribus requiritur acceptatio Rot. 207. Immo etiã quãdo deputat. a Papa tenet Card. Alex. in c. per principalem. 1. quæſt. 1. Et ita etiã audio iudicatum coram Antonio Auguſtino. Aduerte tamen, quod ſi poſſeſſor inducere vellet reſeruationem, vt per Aegid. 612. in fin. Vide Caſſador. 1. de verb. ſignif.

* In additione ad deciſ. 307. lib. 1.

DECISIO XVIII.

BEneficia inferiora quæ non ſunt curata, nec dignitates non vacant per promotionem ad Cardinalatum quidquid dixerit Collectan. in c. final. col. 1. in fin. de conceſſ. præben. & Rebuff. de nominat. fol. 113. alias quæſt. 15. Barbat. in tract. Card. quęſt. 22. & vltimo ita tenuit, vt ſupra Rota in cauſa * Brixienſi prioratus ſancti Iacobi inter Cardinalem de Gambara & Ioann. Mariam de Afflagis, coram Proſpero. 9. Aprilis. 1546. mota per doctrinã Abb. in c. Eccleſia veſtra il ſecondo. de elect. Vide

* deciſ. 436. lib. 2.

de

ide tamen Martinum in tract. Cardinalium queſt. 15. & Bertach. in tract. de Epiſcopo 1. par. lib. 2. col. 7. quæſt. 21. nu. 33. vbi de communi opinione. Lambert. in 15. art. 6. quæſt. par. 1. 2. lib. fol. 212. vbi dicit quod non vacant. aliqua Alban. Bergom. in tract. Cardinal. quæſt. 42. in 15. priuileg. vbi dicit communem quod non vacant priora beneficia.

DECISIO XIX.

CLauſula quod de ſubreptione gratiæ dici non poſſit, non obſtat quando gratia nō eſt motu proprio conceſſa. cum ſemper ſubintelligatur, ſi vera ſint narrata. Ita in cauſa * Calaguritana prioratus, coram Peregrino 23. Ianuarij 1545. Abb. in c. 1. de confir. vtil.

* decis. 308. lib. 2.

DECISIO XX.

STatim quod quis habet notitiā ſe nō habere ius in beneficio obtento, etiam per citationem ad dicendum contra regulam, puta reuocatoriam vnionum, ſi quis illud beneficium non dimittit, eſt moroſus, & videtur renunciare regreſſui * ad aliud ſimile beneficium iuxta terminos Clem. gratiæ de reſcrip. Ita in cauſa Calaguritana canonicatus, coram Thanis 12. Februarij 1545. Allegatur Roman. conſ. 329. & Staphil. .... Et nouiter etiam reſolutum eſt in eadem cauſa, coram Fabio 3. Decembris 1546.

* Vide decis. 299. lib. 2.

DECISIO XXI.

LIcet collatio canonicatuum ſpectet ad Capitulum & Epiſcopum ſimul, & ſi Capitulum conferat vni, & Epiſcopus alteri, neutra collatio teneat. vt per Doctor. in c. a collatione. de app. lib. 6. & per Arch. in rub. de iurepatron. tamen ſi Capitulū tantum conferat, & Epiſcopus non approbet nec contradicat, dicitur taliter quæſitū ius prouiſio a Capitulo, quod non valet collatio Papæ alteri poſtea facta. Ita in cauſa Calciatenſi canonicatus, coram Fabio 25. Maij 1548. Facit pro deciſione quod ſtante iure multiplici confirmabili, licet in vnum caſum ſit reſolubile de eo debet fieri mentio. Rot. in nou. 331. in princ. Oldradus conſ. 285. verſ. tertio. Gemin. conſ. 117. in fin. Socin. conſ. 260. nu. 20. lib. 2. Facit illud quod dicitur de præſentato ab vno ex pluribus patronis, iuxta not. in c. 1. de iurepatronatus.

DECISIO XXII.

NOſtra prouiſio, in qua dictum fuit beneficium vacaſſe de menſe Iunij, & quod illud acceptauit, put ex forma ſuæ gratiæ, poterat dici ſubreptitia, cum non haberet gratiam ad menſes ordinariorum, ſtante regula licet litteræ communiter comprehendāt omnes menſes. Ita in cauſa Calciatenſi canonicatus, coram Fabio 12. Octobris 1548. Et hæc reſolutio firmata fuit 26. Octobris non obſtante priuilegio Scriptorū, quod poſſint acceptare in menſibus Ordinariorum, quia intelligitur reſpectu beneficiorum reſeruatorum, & regularum vt infr. de priuileg.

DECISIO XXIII.

GRatia reſeruationis ad collationem Matthęi Epiſcopi de illius conſenſu, durat etiam mortuo Matthæo. Ita in cauſa Carthaginienſi beneficij coram Aquenſi 23. Februarij 1543. Ponderabatur, quod Papa ex nunc conferebat, & dabat ius in re, & quod in clauſulis, licet executiuis diceabatur. etiā ſi Epiſcopo pro tempore fuerit indultum. & ideo quod attendi debet tempus Datæ. Item quod ſequeretur abſurdum, quia gratia expiraret per mortem Epiſcopi, quæ tamen non expirat per mortem Papæ. Rota 880. & quia ſufficit primus conſenſus Rot. 285. Afflict. 121. nu. 90. Fuit tamen poſtea tentum contrarium videlicet quod gratia expiraſſet mortuo Epiſcopo, 27. Iunij 1544. coram Rauellenſi. ex quo videbatur perſonam Matthæi concernere cui ex ſuo conſenſu nulla iniuria inferebatur. ſed bene inferretur ſucceſſori, cui non eſt veriſimile quod Papa præiudicare voluerit. Et licet tempus Datæ in gratioſis attendatur, verum eſt niſi daret ad beneficia vacatura, quo caſu tempus vacationis attēditur, cum illo tempore iniuria inferatur. Et iterum 20. Octobris, fuit reſolutū pro iſta parte nemine diſcrepante, non obſtante doctrina Baldi in l. ex facto. de vulg. vbi deputato adminiſtratore cuiuſdam Eccleſiæ viuente Epiſcopo, eo mortuo ceſſat adminiſtratio, etiam ante electionem alterius, & Capitulum habet adminiſtrare.

DECISIO XXIV.

PEr aſſequutionem dimidiæ portionis, non vacat canonicatus. Ita in cauſa * Carthaginienſi canonicatus, coram Puteo 4. Martij, & 6. Aprilis 1543. Allegatur Cardinalis conſ. 3. & Abb. in c. litteras, col. 1. in 3. notab. de conceſſ. præbend. vbi dum dicit vacare primum ſe reſtringit quando quis acceptat duos canonicatus. ex notat. per Doctor. in c. 1. de conſuet. lib. 6. prohibēre retentionem ſimilium ſimplicium non diſſimilium.

e DE-

DECISIO XXV.

PRiuatio facta per Papā, de beneficio, parte non citata, cum derogatione regulæ de iure quæſito, valet. vt in causa * Cæsaraugustana fructuum, coram Puteo. Allegatur Felin. in c. quæ in ecclesiarum de conſt. col. 23. in 6. limit. Iaſ. conſ. 12. Socin. 264. col. 7. & conſ. 266. col. 19. & ſeqq. Felin. in c. cum olim. de re iud. Iaſ. conſ. 19.

* decis. 115. lib. 3.

DECISIO XXVI.

REformatio ad gratiam reuocatam, non facta mentione de reuocatione, est nulla. Ita in causa Cæsaraugustana parochialis de Cortes, coram Fabio, 27. Maij 1545. Et ita etiam in causa Taurinensi Præpositurae. Facit decis. Aegid. 467. & quæ dicuntur in rubrica de confir. vtil. & per Iaſ. in l. more. ff. de iuriſd. omn. iud. col. 6. & Gomin. conſ. 33. Vide Aegid. 698. omnino.

DECISIO XXVII.

BEneficia Abbreuiatorum de minori, dicebatur non eſſe comprehenſa in extrauaganti ad regimen. Benedicti XII. quia tunc non erat erectum eorum collegium. Fuit reſolutum quod immo eſſent reſeruata, tum quia non conſtabat quod poſt fuerit erectum collegium, & præſumebatur quod ante. tum quia iſti habent vnum met Collegium, & eandem maſſam cum Abbreuiatoribus de maiori. & ſic licet, fuerint ſuper additi, debent comprehendi pariter cum illis, ad not. per Bart. in l. ſi ita. de aur. & arg. legat. Card. & alij in Clem. fin. de reſcrip. Quia lex ſemper loquitur. Ita in * Cæsaraugustana beneficiorum, coram Marſicano, 13. Ianuarij 1542. Et idem confirmatum eſt poſt productionem Bullæ Pij II. 10. Februarij 1542.

* decis. 257. lib. 1.

DECISIO XXVIII.

REſeruatio inducta de beneficijs familiarium Cardinalium, non inficit poſſeſſionem. & ideo non obſtat agenti ſpolio vt ſentit Rota decis. 16. in fin. quam ſequuti ſunt Domini in causa Ciuitatis Caſtellanæ parochialis S. Georgij 24. Martij 1547. coram Peregrino.

DECISIO XXIX.

COnceſſa alternatiua Epiſcopo, Papa non concurit cum Ordinario in menſibus ei conceſſis. nec Ordinarius concurrit cum Papa in alijs ſex menſibus. licet Papa non videretur illos ſibi ſpecialiter reſeruaſſe, nec aliud conceſſiſſe Ordinario, niſi quod leuauit obſtacula. & iſte caſus eſt omiſſus. Ideo remanſiſſe videtur in terminis iuris communis. facit textus in c. dudum de decimis. vbi Innoc. Item facit quod not. Staphil. fol. 5. quod ſi non extant expectantes in loco, Epiſcopus poteſt conferre, etiā in 8. menſibus Papę reſeruatis. Tamen reſpondebatur, quod illi octo menſes, erant reſeruati gratia expectantium. ideo ceſſantibus illis ceſſabat reſeruatio. Hic autem, ſex menſes videbantur reſeruati Papæ, vt poſſit prouidere ſuis familiaribus, & alijs. quia ligauerat ſibi manus in alijs ſex menſibus, in quibus concurrebat cum Ordinario. Ita in cauſa * Cordubenſi dimidiæ portionis, coram Auguſtino 10. Decembris. 1546. inter Petrum Gomez, & Matthæum Pinello. Et iterum. 11. Februarij, 1547. reſolutum eſt, quod ex quo Epiſcopus vſus erat alternatiua, non poſſet prouidere in menſe Martij.

* decis. 481. lib. 2. & decis. 495. eod. lib.

DECISIO XXX.

HOmicida, licet priuādus veniat beneficijs tamen antequam priuetur poteſt agere, & petere beneficium ab alio occupatum. Ita in cauſa * Fauentina ſanctæ Crucis, coram Aquenſi. 27. Februarij. 1545. dicebatur quod valet collatio facta homicidæ, & irregulari. vt per Innoc. in c. cum in noſtris. de conceſſ. præben. & Felin. in c. quærelam, col. 3. de iureiur. & in c. inquiſitionis. de accuſ. Abb. in c. item cum quis. de reſtit. ſpoliat.

* decis. 217. lib. 2.

DECISIO XXXI.

COmmenda perpetua habet vim collationis. & ideo ceſſant priores reſeruationes propter manus Papæ appoſitionem. per quam videtur ſibi reſeruare futuram prouiſionem per eum faciendam. iuxta not. per gloſſ. in c. is. cui. de elect. lib. 6. & trad. per Rom. conſ. 350. col. 3. verſ. cęterum. Ita in cauſa * Florentina parochialis ſanctæ Felicitæ, coram Puteo. 8. Iunij 1541. inter Sinulphum Petrucium, & Balthaſſarē de Piſcia. Et licet Sarnenſis ſimpliciter dicat in 5. quæſt. reg. de trienn. quod Commenda perpetua habet vim prouiſionis & collationis, verum eſt in illis caſibus per eum expreſſis, non autem quod ſimpliciter habeat vim prouiſionis.

* decis. 154. lib. 1.

DECISIO XXXII.

ORdinarius collator non dicitur ille qui reſignauit reſeruata ſibi collatione, bene-

* deciſ. 464. lib. 3.

beneficiorum. Ita in dicta * cauſa. coram Nouato. 15. Octobris. 1548. Sed poſtea receſſum fuit ab hoc, & tentum, quod reſpectu beneficiorum quæ non capiebantur per expectantes, ſatis erat Ordinarius. & quod regula reuocatoria indultorum, ad Eccleſia in quibus nõ fuerunt ordinarij collatores, non intrabat hoc caſu. Ita prima Februarij 1549. coram eodem.

DECISIO XXXIII.

COllatio facta contra formam conſtitutionis, etiam non habentis decretum, eſt nulla. vt infra de rer. permut.

DECISIO XXXIV.

MEntio facienda eſt neceſſario, de ſtatuto quod certa beneficia non conferantur niſi magiſtris in Theologia, vel licentiatis. iuxta deciſ. final. de conſtit in antiq. Et dicitur quæſitũ ius conſiderabile illis, de illo genere. iuxta tex. in c. cum in Eccleſia. de præben. lib. 6. & ibi gloſſ. Ita in cauſa Giennenſi prioratus, coram Puteo. 10. Decembris. 1546. Et in eadem cauſa tentum fuit, quod non detur executio ſententiæ iniuſtæ. iuxta not. in c. inter cæteras. de re iud. Et quo ad mentionem de dicto ſtatuto fuit dictum, idem fuiſſe reſolutum in cauſa Placentina canonicatus pro D. Ioanne Solano.

DECISIO XXXV.

PErmutatio de beneficio reſeruato in manibus Ordinarij facta, non tenet. vt infra de rer. permut. Et in eadem cauſa tentum eſt, Capitulum non poſſe, ſede vacante admittere reſignationem beneficiorum ſpectantium ad collationem ſolius Epiſcopi. Rot. in antiq. 311.

DECISIO XXXVI.

REſignans, reſeruatis loco & voce & alijs omnibus, & per omnia, vt prius, cum regreſſu. mortuo reſignatario recuperat primum locum. propter verbũ. in omnibus & per omnia. vt per Felin. in c. ex inſinuatione. de ſimon. Ita in cauſa * Legionẽſi loci antiqui, coram Maceratenſi.

* deciſ. 455. lib. 2.

DECISIO XXXVII.

DErogatio regularum requirentium indiuiduam mentionem, quando, & per quæ verba cenſeatur facta. Vide in cauſa * Leodienſi cuſtodiæ. 14. Ianuarij. 1547. Pariſ. conſ. 240. vol. 4.

* deciſ. 503. lib. 2.

DECISIO XXXVIII.

REgula reſeruatoria beneficiorum cubiculariorum comprehendit tantum beneficia cubiculariorum intra numerum, & non extra muros, & qui non deſeruiũt. quia cum reſeruatio ſit odioſa, & Leo per ſuam bulam conceſſam cubicularijs noluit quod aliquis nominaretur cubicularius niſi fuerit intra numerum, & imponat pœnam aliter facientibus, nunc quando tractatur de eius commodo, ſcilicet reſeruatione, non poteſt dicere quod ille ſit cubicularius, & per conſequens beneficium ſit reſeruatum. Ita in cauſa Lucenſi Archidiaconatus, coram Mareſcoto. 21. Aprilis. 1540. Et deinde 28. Maij. 1540. tentum eſt, quod alia regula Pauli, edita 22. Decembris. 1534. non comprehendebat iſtos. quia loquebatur de cubicularijs officialibus, vt patet in pluribus verbis præcedentibus.

DECISIO XXXIX.

COllatio beneficiorum regularium, ſeu verius, confirmatio, ſpectat ad Epiſcopum de conſenſu Abbatis. niſi beneficia ſint dependentia quo ad iuriſdictionẽ exemptionem, & viſitationem. quia Innoc. in c. cum in ſingulis de ſtat. monachor. loquitur in Monaſterijs pleno iure ſubiectis. Ita in cauſa Lugdunenſi Prioratus, coram Reomano, inter Franciſcum de Borello, & Cardinalem de Bononia. 9. Decembris 1547.

DECISIO XL.

QVaſi poſſeſsio Capituli de conferendo, præſcripta per quadraginta annos. non interrumpitur per collationem factã poſtea ab Epiſcopo, & traditionẽ poſſeſſionis factam per Capitulũ. cum proteſtatione tamen, ſine præiudicio alicuius iuris Capituli. quia talis proteſtatio non dicitur contraria facto. Ita in cauſa * Mediolanenſi canonicatus, coram Puteo, inter Bernardinum de la Croce, & Andream. 14. Martij. 1544. Dicebatur enim, non interrumpi præſcriptionem, completam vel non completam, per vnicum actum. iuxta deciſio. 2. de præben. & Abb. in cap. auditis. de præſcript. & Balb. in 3. par. 6. par. principalis. quæſt. 1. Ex aduerſo vero dicebatur, ſecus eſſe quando ille vnicus actus, eſt factus per Capitulum, vt hic. quia tunc per vnicum actum tollitur ſtatus, tanto magis conſuetudo, vt per Bartol. in l. vniuerſa. C. de precibus imperat. offer. Felin. in c.

* deciſ. 113. lib. 2.

quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. & in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. col. 16. verſ. ſunt tamen quinque caſus.

DECISIO XLI.

SOla ſupplicatio ſufficit ad docendum de iure anteceſſoris, etiam ſi ſubrogatus in eius locum, ſit actor. Ita in cauſa * Mediolanenſi canonicatus, coram Puteo, inter Ioannem Baptiſtam de Puteo, & Scipionẽ de Bracello. 20. Octobris. 1542. Allegatur deciſ. 882. Ægid. 112.

* deciſ. 337. lib. 6.

DECISIO XLII.

HOſpitale vacat per promotionem ad Epiſcopatum & conſecrationem, ſi datũ ſit in titulum. ſecus ſi in adminiſtrationem. Ita in cauſa Mutinenſi hoſpitalis, coram Proſpero. 17. Octobris. 1544. Et licet, in fauorabilibus, appellatione beneficij veniat hoſpitale, intelligitur quando eſt appoſita. vniuerſalis vt per Felin. in c. de quarta. de præſcript. col. 5. & in c. cum in cunctis non eſt appoſita vniuerſalis.

DECISIO XLIII.

EXtrauagans iniunctæ. quod ingrediens poſſeſſionem ſine litteris amittat ius, nõ habet locum in monaſterijs commendatis. vt in cauſa Mutinenſi monaſterij, coram Sarnenſi. 9. Octobris. 1542. Et in eadem cauſa, 12. eiuſdem, idem fuit firmatum, & dictum, quod etiam præmiſſa procederent in commendis perpetuis noſtri temporis. propter auctoritatem Oldrad. conſ. 179. & quia Rota, in reſeruationibus & vnionibus, ſemper æquiparat commendas temporales & perpetuas. & not. Pauin. in tract. de charit. ſubſid. par. 2. queſt. 3. ſequitur Oldradum.

DECISIO XLIV.

QVamuis collationes Ordinariorũ, dicantur motu proprio. Clem. 2. de offic. Ordin. tamen in collatione facta per Capitulum, tentum eſt eam nullam, non facta mentione de cura. Ita in cauſa * Paduana parochialis de Agere magno, coram Thoma. 17. Aprilis. 1542. inter Rochum Biancalana, & Franciſcum Iuſtinianum. Allegatur Cardinalis in d. Clem. 2.

* deciſ. 293. & deciſ. 299. lib. 3.

DECISIO XLV.

IN eadem * cauſa. 24. Aprilis tentum eſt, quod licet in noua prouiſione eſſet quod poſſet fieri mentio qualitatum, non poterat exprimi cura.

* deciſ. 300. lib. 6.

DECISIO XLVI.

COllatio præbendæ, in collegiata pertinet ad Capitulum. nam ſi appellatione Capituli venit Prælatus, & tunc pertinet ad Capitulum & Prælatum pariter. aut non compræhenditur Prælatus, & tunc ſolus Prælatus non poteſt conferre. Ita in cauſa * Palentina canonicatus, coram Rauellenſi 29. Aprilis. 1541. pro doctore Rueſta coram Franciſcum Rincon. Vide Ant. in c. cum conſuetudinis. de conſuet. col. 3.

* deciſ. 230. lib. 2.

DECISIO XLVII.

STante ſtatuto, quod beneficia conferantur certis perſonis, præſcripto per quadraginta annos. beneficia adeo dicuntur debita illis perſonis, quod ſi Papa illa conferat, non ſufficiunt clauſulæ generales, ſed requiritur mentio ſpecialis. Ita in cauſa * Palentina, coram Mohedano 24. Nouembris 1542. Allegatur gloſſ. in c. cum in eccleſia. de præben. lib. 6.

* deciſ. 229. lib. 2.

DECISIO XLVIII.

REſeruatio ceſſat ſiquis familiaris Cardinalis reſignat, etiam reſeruato regreſſu, ſi purificatur regreſſus poſtquam ceſſauit familiaritas. Ita in cauſa Placentina præſtimonij de Fuentes, coram Tolomeo 30. Maij 1544. inter Franciſcum de Palma, & Petrum Armenteros. nam Rodericus familiaris Cardinalis reſignauerat. & ceſſante familiaritate fuerat locus regreſſui, mortuo poſtea Roderico, dicebatur beneficium acquiſitum poſt familiaritatem. & non eſſe conſiderandum quod tempore familiaritatis ius competebat vigore regreſſus. quia erat ius ad rem, quod non erat conſiderabile.

DECISIO XLIX.

CLauſula gratificationis non tollit priuilegium poſſeſſoris prouiſi ab alio quam a Papa quin præferatur. Ita in cauſa * Panormitana canonicatus, coram Fabio. 9. Iunij. 1545. inter Antonium Fabium, & Cardinalem de Auria. Allegatur c. ſi a ſede de præben. in 6. Et dicebatur contrarium procedere quando ambo eſſent prouiſi a Papa. & ratio erat quia prouiſus ab Ordinario qui habet poſſeſſionem præſumitur anterior etiam in prouiſione. Vnde cum prouiſio Papæ ſit poſterior, erit poſterior etiam clauſula gratificationis. quæ non poteſt tollere ius quæſitum. Contra deciſ. adducebatur. c. ſi duobus. de reſcript. relatum per Soc. conſ. 67. 3. vol. Sed huic fundamento reſpondebatur, quod conſil. Socin. erat reprobatum. vt per Caſſador. deciſ. 20. de præben. & quod c. ſi duobus. loque-

* deciſ. 291. lib. 2.

loquebatur in gratijs de vacaturis. Et dum allegabatur Rebuff. in tract. de pacif. poſſ. nu. 61. reſponſum fuit, procedere quando gratiæ ambæ proueniunt ab eodem. Et ad intellectum.d.c. ſi à ſede. vide late per Rebuff. vbi ſupra.

DECISIO L.

GRatia non dicitur ſubreptitia, ſi ille tantum qui fuit canonicus, dixit eſſe ſibi collatam præbendam, & obtinuit confirmationem. ex quo licet dixerit de collatione præbendæ, facilius non induxit Papam. Ita in cauſa * Panormitana canonicatus, pro D. Ioanne Antonio Beroaldo, contra Petrũ Rocchum, coram Proſpero, vltima Februarij. 1547.

* deciſ. 17. lib. 3.

DECISIO LI.

MEntio eſt facienda de parochiali vnita, in diſpenſatione ad tertiam parochialem ad ſex menſes. vt infra. de vnione.

DECISIO LII.

CLauſula. quouis modo. in noua prouiſione in qua narratur, beneficium fuiſſe reſignatum per Titium in manibus Ordinarij, & quia dubitabatur de viribus petitur ſibi prouideri quouis modo vacet, nihil operatur, & non capit vacationem per obitum ipſius Titij, qui obierat tempore Datæ nouæ prouiſionis. niſi docto de ipſa reſignatione de qua etiam conſtabat. ſed non apparebat de mandato dato ad reſignandum. Ita in cauſa * Salamantina beneficij de Villoa, coram Puteo, inter Ludouicum de Torres, & Ioannem Perez intruſum, 15. Decembris. 1542. Deciſio tota fundatur in ſubreptione. & licet non fuerit allegatum, poſſet dici hoc caſu, quod ſi expreſſum fuiſſet quod forſan vacabat per obitum Titij, Papa ſibi non conceſſiſſet. Papa enim credebat eum viuere. Cum enim narratur vacatio ex perſona viuentis, venit omnis modus vacationis ex illa perſona, ſi viuat. &c. In contrarium dicebatur, Io. And. Lap. & Calder. in c. ſuſceptum. de reſcript. lib. 6. tenere contrarium. & Dominic. & Peruſin. Et ponderabatur clauſula, quod verus vacationis modus haberetur pro expreſſo.

* deciſ. 290. lib. 1

DECISIO IIII.

POrtionarius habens dignitatem, poteſt virtute ſtatuti aſcendere ad canonicatũ, qui competit antiquiori portionario. Ita in cauſa * Salamantina canonicatus, coram Puteo, 25. Februarij 1549. inter Antonium Loart, & Melchiorem de Alua.

* deciſ. 218. lib. 3. & vide deciſ. 227. eod. lib.

DECISIO LIV.

IN eadem cauſa * 25. Maij 1549. tentum fuit, portionem, nec de iure communi, nec de priuilegio Nicolai eſſe incompatibilem cum dignitate eiuſdem Eccleſiæ.

* deciſ. 227. lib. 3.

DECISIO LV.

QVando beneficium eſt commendatum ad annum, a die habitæ pacificæ poſſeſsionis computandum, & in eodem beneficio aliquis ſe intrudit. licet non fiat diligentia de expellendo illum, pœna non incurritur. vt in cauſa * Salamantina beneficij de Palatios Rubios, coram Marſicano. 18. Februarij 1544. inter Ioannem Solanum, & Ioannem Mariam. Allegatur Innoc. in c. extirpandæ. §. quia vero. de præbend. Card. conſ. 55. Felin. in c. ſi autem col. 2. de reſcript. Et contraria loquuntur in iure quærendo. dum allegabatur Sarnen. in regula de iure quæſito. q. 5. nu. 13.

* deciſ. 19. lib. 1.

DECISIO LVI.

NVncius non poteſt conferre * litigioſa. quia verba de litigioſis procedunt ad effectum reſignationis. Ita in cauſa Salamantina beneficij, coram Reomano, 3. Decembris 1546.

* Vide deciſ. 445. lib. 2.

DEISCIO LVII.

GRatia conceſſa in diœceſi Salamantina Petro de Durantibus Datario, cum ſuſpẽſione quarumcunque gratiarum, etiam ad menſes ordinarios, cum decreto irritanti, non ſuſpendit conuentionem factam inter Epiſcopum, & Capitulum, de conferendis alternatis vicibus canonicatibus & portionibus antiquiori portionario vel canonico, per ſedem Apoſtolicam confirmatam. vt in cauſa * Salamantina canonicatus, coram Puteo, inter Antonium de Vega, & Michaelem de Aluaro, 8. Nouembris 1548.

* Vide deciſ. 178. & deciſ. 179. lib. 3.

DECISIO LVIII.

ET in eadem cauſa * tentum fuit, eadem die, quod ex quo prouiſus à Capitulo concordauerat cũ Datario, & prætendebat habere canonicatum ex iure Datarij, non virtute collationis Capituli, & conſtabat de nõ iure Datarij. Capitulum amiſerat ſuum turnum. Et dato etiam quod Datarius habuiſſet bonum ius, tamen non diſcuſſo illo iure, non poterat bonam fidem agnoſcere. per l. at qui natura. §. cum me abſente. de negoc. geſtis. Tamen poſtea 14. Nouembris tẽtum fuit. quod potuit bonam fidem agnoſcere. & turnus Capituli non fuit conſumptus. vt tentum fuit die 19. Nouembris.

* Vide deciſ. 178. & 179. lib. 3.

e 3 DE-

DECISIO LIX.

STāte ſtatuto, ſeu priuilegio, Eccleſiæ, quod portionarij teneantur deſeruire in choro, & facere multa ſeruitia. & quidam portionarius erat effectus cantor, & ſic habebat dignitatem, propter quam amplius non tenebatur ad ſeruitia præfata, licet retinuerit portionem, & ſic per plures annos non deſeruierat Eccleſiæ vti portionarius. Fuit dubitatum. An ſtatutum, ſeu priuilegium præfatum, in quo etiam continebatur quod canonicatus deberent conferri antiquioribus portionarijs, procederet in tali portionario, qui non deſeruierat, cum id videatur conceſſum propter ſeruitia. Et die 18. Februarij 1549. in eadem cauſa, tentum fuit, quod canonicatus deberetur huic portionario, quia remanebant præterita ſeruitia. Et idem tentum eſt 25. Februarij. & quod daretur remiſſoria ad probandum, quod etiam quod portiones ſint grauatæ penſionibus, non tollitur quin quis aſcendere poſſit.

DECISIO LX.

COnceſſa alternatiua Epiſcopo ad ſex menſes, alij ſex menſes Papę remanentes, ceſſante regula octo menſium, non ſunt reſeruati. Ita in vna * Salamantina Preſtimonij de Valdeual, coram Reomano, inter Rodericum Vella, & Didacum Vaſquez. 4. Nouembris. 1545.

* Eodem deciditur deciſ. 481. lib. 2. ſed cauſa non eſt eadem

DECISIO LXI.

REformatio ad primam gratiam non valet, ſi non fiat mentio de nullitate primæ. Ita in cauſa Taurinenſi Prępoſiturę de Cherio, coram Mohedano, inter Vincentium Fulgore, & Gabrielem de Thanis, 21. Aprilis 1540. Nam hic prima gratia non valebat propter indultum. ideo impetrauit reformationem poſt ſex mēſes. quibus elapſis ceſſauerat virtus indulti. In reformatione tamen dicebatur quod fuerat omiſſum exprimere diœceſim Taurinenſem, & petebatur litteras alias expediri iuxta formam præinſertæ. & dicebatur per Aduocatum, alias idem reſolutum fuiſſe in cauſa Caurienſi canonicatus.

DECISIO LXII.

COllatio facta per Archiepiſcopum, tribuit ius, non obſtante quod ſit communis cū Capitulo. ad deciſ. Caſſador. 22. de præbend. Si tamen Capitulum non contradicat, etiam ſi intra ſex menſes intra quos Capitulum poteſt reclamare, alius impetret à Papa cum clauſula conſueta. dummodo tempore Datæ præſentium, non fuerit alteri ius quæſitum. nam iſto caſu ius dicitur quæſitum, vt prouiſio Apoſtolica non valeat, etiam capitulo non reclamante infra tempus. Ita in cauſa * Toletana canonicatus, & præbendæ, coram Puteo, inter Franciſcum Peſquera, & Petrum Nauarro. 18. Maij. 1548.

* deciſ. 224. lib. 3.

DECISIO LXIII.

DEputatio coadiutoris facta cum futura ſucceſſione, ex collatione ex nunc, ſi beneficium vacaret per obitum coadiuti, & cum clauſula. quod ex nunc ſit plene ius quæſitum. etiamſi coadiutor non inceperit exercere, nec litteras intimauerit. & cum clauſula. ita iudicandum fore. operatur quod licet coadiutor moriatur duobus diebus poſt Datam in partibus, & ambo ignorauerint expeditionem eſſe factam, nec conſtet de aliquo conſenſu coadiutoris. Ita in cauſa * Toletana Archipresbyteratus, coram Ioanne Paulo inter Franciſcum de Vargas, & Franciſcum Maldonado. 8. Februarij. 1544.

* deciſ. 91. lib. 2.

DECISIO LXIV.

CLauſula. quouis modo licet non capiat vacationem ex alia perſona, etiam ſi adiungatur verbum. vacet. ſecundum opinionē Fel. in c. in noſtra. corol. 37. cuius dictum dominis non placet, tamen ſi fuerit dictū & alias quomodolibet & qualitercunque, & conſtet de prouiſione anteriori eiuſdem Legatij quæ tamen erat ſine teſtibus, ſed in ea erat clauſula. ex cuiuſcunque perſona. tunc clauſula iſta. capit etiam vacationem ex alia perſona. vt in cauſa Tudertina parochialis del Pozzo, coram Rauellenſi, 27. Ianuarij 1546. Quia etiam ex inutili diſpoſitione colligitur voluntas. l. fin. de reb. cor. Bart. in l. gerit. col. 5. de acq. hęred. Pariſ. conſ. 29. col. 3. vol. 2. Item ex præcedenti diſpoſitione generali, declaratur ſecunda magis generalis. vt ſi teſtator in primo teſtamento loquutus ſit de maſculis, in ſecundo debet intelligi de maſculis. vt per Corn. conſ. 275. col. 2. vol. 4. Iaſ. conſ. 3. col. pen. vol. 1. Grat. conſ. 5. col. pen. vol. 2. & conſ. 53. vol. 2. in fin. & conſ. 56. col. 1. vol. 2. Dubito tamen, quia prima collatio non erat in forma probāti.

DECISIO LXV.

TRaditio poſſeſſionis, non ſemper habet vim collationis. puta ſi canonici tradant tamquam obedientiæ filij, parentes litteris Epiſcopi. vt in cauſa * Toletana canonicatus & præbendæ coram Puteo, inter Petrum

* deciſ. 119. lib. 3.

trum Nauarro, & Franciſcum Peſquera. 4. Maij. 1548. In qua, Rota fuit diuiſa, & non reſoluta.

DECISIO LXVI.

PRouiſio facta per Epiſcopum, etiam virtute indulti, de parochiali vacante de iure pariter & de facto, per obitum Cardinalis de Vich ipſius commendatarij, ſeu vltimi & immediati poſſeſſoris, etiam cum clauſula. omni meliori modo. & cæt. non capit vacationem per ceſſationem commendæ. ex quo præfatus Cardinalis, habebat eam in commendam: quia expreſſo vno modo vacandi, non venit alius. Ita in cauſa * Valentina de Pego. 19. Nouembris. 1544. coram Puteo, poſt quam Rota fuerat diuiſa. Pro deciſione allegatur tex. in c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6. & ibi Franc. & Io. And. in nouell. & Imol. in c. ex parte. col. fin. de conceſſ. præben. In contrarium allegatur gloſſ. & ibi omnes in c. ſuſceptum. vbi ſufficit conſtare de intentione conferentis, & Felin. in c. in noſtra. coroll. 37. verſ. fallit 2. de reſcr. Et ſatis fuit exprimere per æquipollens, ex quo non requirebatur certa formalitas verborum. vt per Felin. in c. tranſlato. de conſt. 3. col. & facit conſ. Rom. 350. col. 1. & 2. & ponderabantur illa verba de iure. & de facto. & alia verba. ſeu vltimi poſſeſſoris. quæ dicebantur ſtare copulatiue. vt per Felin. in c. inter cæteras. de re iud. Idem dicebatur eſſe in terminis. Dom. conſ. 52.

* deciſ. 50 lib. 2.

DECISIO LXVII.

BEneficia Protonotariorum ſunt reſeruata, etiam quod non præſtiterint iuramentum, nec acceperint inſignia. quia illa reſpiciunt exercitium tantum. Ita in cauſa * Valentina de Torrent, coram Puteo, inter Martinum Aſſentij, & Martinum Calaforra. 20. Nouembris. 1545.

* deciſ. 319. lib. 2.

DECISIO LXVIII.

QVando dicitur in impetratione. & detur deuolutio diſpoſitiue in litteris. & beneficium impetratum propter execrabilitatem, cum non poſſit dici tunc beneficium deuolutum, ex quo erat reſeruatum. iuxta deciſ. Caſſad. 5. hoc titulo. non poteſt ſuſtineri gratia per clauſulam quouis modo vacet. vt in cauſa * Valētina parochialium, coram Maceratenſi. inter Ioannem Gais, & Vincentium Baſſa, 5. Iunij 1542.

* deciſ. 312. lib. 2.

DECISIO LXIX.

DVm dubitaretur in cauſa * Zamorenſi, canonicatus, & præbendæ coram Puteo inter D. Alphonſum de Villanoua, Gaſparem de Monteroſo, an in gratia reuocatoria, ſeu ſuſpenſiua, alterius gratiæ eſſet facienda mentio de clauſulis derogatoriarum derogatorijs, exiſtentibus in prima gratia. Die prima Aprilis fuit reſolutum per D. Thomam, Ioannem Paulum, Mohedanum, Maceratenſem, Marſicanum Mareſcotum, & Verallum, diſcrepantibus Raynaldo, Gomeſio, & Aquenſi, ſed omnes cōuenerunt quod requiratur mētio de derogatoriarum derogatorijs. tamen voluerunt primi, diſcrepantibus illis tribus, quod in caſu noſtro eſſet ſufficienter derogatum. tum quia dependet a mente Pontificis, & mens in iſto colligitur dū Papa voluit præferri, in iſta ſpeciali gratia, Alphonſum omnibus, & familiaribus & deſcriptis etiā tū quia. dictum. cum quibuſuis derogationibus. & non eſt dubium quod derogatoria derogatoriæ eſt derogatio, & venit ſub iſta vniuerſali. quibuſcunque. vt per Domin. conſ. 115. Fuit itaque dictum, quod clauſula. quorum tenores. referebatur ad priuilegia, & indulta, & non ad gratias, quia erat diuerſa ratio, quia priuilegia ſunt conceſſa ab alio. Et quia de facili poterat errare, voluit habere tenorem illorum pro expreſsis: quod ſecus eſt in gratijs ab eodem Papa conceſsis. Quod requiratur mentio de derogatoria derogatoriæ dicebatur, quia communis eſt quod requiritur mentio ſpecialis, & non ſufficit generalis. vt ergo dicatur ſpecialis. oportet quod fiat mentio de clauſula derogatoria derogatoriæ. Vide Felin. qui examinat hanc materiam in c. nonnulli. de reſcript. latiſſime.

* deciſ. 104. lib. 1.

DECISIO LXX.

ALternatiua conceſſa Epiſcopo, capit etiā beneficia vacantia in octo menſibus. etiā quod regula octo menſium ſit facta poſt conceſſam alternatiuam. vt in d. cauſa. 17. Iunij. 1541. Allegabatur c. fin. de rap. Cui tamen fuit reſponſum, quod ibi non poterat aliter habere effectum. iuxta rationem l. vxorem. §. feliciſſime. ff. de leg. 3. Tamen alia vice fuit informatum. 22. Iunij & vota fuerunt varia. ex quo regula fuit edita poſt alternatiuam.

DE

De præſcriptionibus.

DECISIO I.

QVANDO agitur de interpretatione priuilegij, ſufficiunt decem anni. Ita in cauſa Burgenſi decimarum, coram Puteo. 16. Februarij. 1547. & in cauſa Bononienſi S. Andreę coram Proſpero. * deciſ. 32. lib. 3.

DECISIO II.

COnſuetudo quod priori in Eccleſia debeantur duplices diſtributiones non præſcribit niſi ſpatio quadraginta annorũ. cum non deſeruiat niſi pro vno, & ſit contrarius. Ita in cauſa Fulginatenſi diſtributionum quotidianarum de menſe Maij. 1541. coram Aquenſi.

DECISIO III.

PRæſcripto iure abſoluendi, non cenſetur præſcriptum ius condemnandi. quia iſta præſcriptio eſt contra ius, & priuat legem ſicut facit priuilegium, ideo in correctorijs eſt ſtricta interpretatio. Alia autem præſcriptio quæ non eſt contra ius, licet ſit odioſa, tamen quia habet aſſiſtentiam iuris, cum a iure ſit inducta extenditur. & tunc, præſcripto iure abſoluendi, cenſeretur præſcriptum ius condemnandi, non per viam extenſionis, ſed per viã comprehenſionis. cum iſta duo ſint æquiparata per viam regulæ. qui poteſt abſoluere. &c. Et in ęquiparatis ex identitate rationis, diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum in altero. Ita in cauſa Legionenſi Archidiaconatus, coram Ioanne Paulo. 19. Martij. 1540. Allegatur Ripa in l. 3. de re iud.

DECISIO IV.

PRæſcriptio non extenditur de vno caſu ad alium, etiam eiuſdem ſpeciei. & ideo præſcripto iure relegandi ad tempus, non cenſetur præſcriptum ius priuandi beneficijs. Ita in cauſa de qua ſupra, inter Cardinalẽ Tranenſem & Didacum Rubin. Allegatur Aegid. deciſ. 627. Dec. in c. referente. de præben. Gemin. conſ. 45. Rom. conſ. 368. Ruin. in l. imperiũ. col. 1. de iuriſd. om. iud.

DECISIO V.

PRæſcriptio, vel conſuetudo, an tollatur per vnicum actum contrarium, & quid operetur proteſtatio. Vide ſupra de pręben.

DECISIO VI.

IN eadem cauſa tentum eſt, per vnicum actum non eſſe renunciatum præſcriptioni quo ad actus futuros, quia non erat directo contrarius. 10. Decembris. 1544. coram Proſpero, & 15. eiuſdem.

DECISIO VII.

IN cauſa Virdunenſi canonicatus, inter Bernardinum de Cruce, & Vincentium Baſia, 1. Decembris 1544. tentum eſt, quod per vnicum actum non tollitur conſuetudo, vel præſcriptio completa, ſiue præſcripta. per gloſ. in c. cum de beneficio de præben. lib. 6. & in Clement. 1. de regul. Non obſtat quod per actum contrarium, & per pactum quis poteſt renunciare. quia cum ex facto conſenſus tacitus eliciatur, tantum quo ad illum actum in quo interuenit conſenſus, qui ex facto colligitur, ad terminos facti limitatur. Dec. in c. dilecti. de appellat.

DECISIO VIII.

COntra remedium. c. redintegranda. nullo tempore præſcribitur. vt infra de reſtit. ſpoliat.

De præſumptionibus.

DECISIO I.

LIcet appoſitio horæ, faciat actum præſumi anteriorem, tamen cum ageretur ſuper duobus teſtamentis eadem die factis, & in vno cõſtaret de hora in vna cauſa * Fulginatenſi hæreditatis. corã Mareſcoto 12. Iunij. 1542. fuit tentum, quod appoſitio horæ non præiudicat poſſeſſori ſecũdum. Dec. in c. paſtoralis. col. 3. de reſcript. & l. in ambiguis. de regulis iuris. & Rebuff. in tractat. de pacifi. poſſeſſ. pag. 61. col. 2. * deciſ. 315. lib. 1.

DECISIO II.

QVamuis propter impenſam, litteræ præſumantur expeditæ ad inſtantiã illius cuius intereſt, tamen quo ad breue alternatiuæ, vt quis poſſit vti menſibus alternatis, requiritur ſcientia expeditionis. Ita in cauſa Hiſpalenſi Archidiaconatus de Carmona, coram Aquenſi. 9. Martij 1543. Allegatur Bart. in l. fin. ff. de conſtit. princ. & Alexan. in l. qui abſenti de acq. poſſeſſ. l. ſi ita legatur. §. illi. ff. de leg. 1. Immo ſi ordinarius contuliſſet in alio ex menſibus, amiſiſſet alternatiuam. c. priuilegium. 11. quæſt. 3. Tamen poſtea 27. Aprilis tenuerunt

runt,quod per expeditionem breuis, quod non conceditur ſine magnis precibus, videatur acceptata alternatiua.

DECISIO III.

Reſcriptum quod producitur per principalem, præſumitur ab eo impetratum, vt in cauſa Oppidenſi priuationis, coram Puteo. 4. Februarij. 1545.

DECISIO IV.

Præſumitur acceptatio reſignatarij, quando fuit facta reſignatio libera in eius fauorem, etiam quod ſit abſens. vt infr. de renunc. In cauſa Segobienſi Archipresbyteratus. Oldrad. conſ. 136. col. 2. in principio.

DECISIO V.

Mors præſumitur præceſſiſſe acceptationem. vt ſupra de conceſſ. præben. in cauſa Segobienſi.

DECISIO VI.

* decis. 82. lib. 1. Dubitatum fuit in vna * Valentina parochialis de Pego, coram Tolomeo, inter Martinum Colaforram, & D. Ioannem Baptiſtam de Baldaſsinis Aduocatum. An Martinus, qui allegabat Martium Baldaſsinum reſignaſſe, teneatur probare, quod Martius eſſet viuus tempore præſtiti conſenſus per eius procuratorem. Et dicebatur Martinum teneri. ex quo ſe fundabat in vita. ad not. per Bart. communiter approbatum in l. ſiquidem. in princ. C. ſolut. matrim. dum allegat l. ſi inter. & l. ſi duas. §. cum in bello. ff. de rebus dub. cuius opinionem ſequitur Raph. in l. ſed etſi de ſua. & ibi Alexan. col. fin. & ibi late Aret. de acq. hæredit. Corn. conſ. 219. col. fin. vol. 1. vbi quod quando agitur de bonis defuncti, & in eius vita ſit fundamentum, tunc non præſumitur vita. Et hoc maxime procedit, quia Martinus allegauerat prius mortem. ideo cum poſtea deduceret vitam, tenebatur probare de vita. In contrarium autem dicebatur eſſe communem opinionem, quod immo quilibet præſumitur viuere per centum annos. allegatur Ang. in d. l. ſed etſi de ſua. quam legit cum l. præcedenti ſi hæres. & ibi Imol. poſt Gloſ. firmat Alber. Salic. & Paul. de Caſtr. in l. fin. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Abb. eam dixit communem in c. præſentia de ſponſ. & Moder. ibi, & in d. l. fin. & Dec. dicit communem conſ. 75. col. 3. & dicitur quod Aret. loquitur quando eodem tempore duo ſunt mortui, & non conſtat quis eorum ante vel poſt deceſſerit. Et dicebatur tentum fuiſſe in cauſa * Valentina teſtamentaria, coram Marſicano, quod Ludouicus non teneretur probare defectum filiorum, ſeu deſcendentium primogeniti teſtatoris. tamen ſi conſtabat de exiſtentia illorum, teneretur probare mortem. * decis. 43. lib. 1.

DECISIO VII.

Præſumitur pro ſolennitate, ex ſpatio octuaginta, & etiam triginta annorum, ſi locatio in qua enunciatur ſolennitates fuiſſe obſeruatas. ſed ſi fuit facta extenſio quod alius poſt primum ſuccederet, & caſus non euenit, vel ille ad quem fuit facta extenſio, non eſt vſus adhuc iure ſuo per longum tempus, nõ præſumitur quo ad hoc pro ſolennitatibus. Ita in vna Viſenti Caſalium, coram Tolomeo. inter Mariam Gaioles, & Aloyſiũ Veliſei. 14. Maij 1546. Allegatur Caſſad. deciſ. 3. de procur. & ad hoc de obſeruãtia dicitur quod ſolennitates præſumuntur, quia fuit toleratum. vt in c. ordinarij. de offic. ordin. lib. 6. ſecus vbi ceſſat tolerantia. vt per Felin. in c. ſicut. de re iud. verſ. ſeptimo. & vltimo. Curt. in tractatu feud. 2. par. princ. quæſt. 4.

DECISIO VIII.

Supplicatio non præſumitur impetrata per oratorem in ea nominatum. vt infra de renunc. & in reg. quod non iudicetur.

DECISIO IX.

Præſumitur conſenſus præſtitus in reſignatione, quando reſignatarius ingreſſus eſt poſſeſsionem, & eam diu continuauit non contradicente reſignante vt infra de renunciat.

De priuilegijs, & indultis.

DECISIO I.

INDVLTA Cardinalium intelliguntur de conferendis beneficijs, in quorum quaſi poſſeſſione conferendi exiſtunt. Cald. conſil. 23. de præbend. Biſignet. 1. eod. tit. alias 49. Ita in cauſa * Anglicana beneficiorum, coram Marſicano, 28. Nouẽbris 1547. & facit deciſio 5. de præben. * decis. 200. lib. 1.

DECISIO II.

Concordata non impediunt, quin Legati Germaniæ poſſint conferre in menſe Iunij,

* decif. 335. lib. 2. Iunij. Ita in cauſa * Auguſtana canonicatus, coram Proſpero. 2. Decembris. 1545.

DECISIO III.

COncordata non obſtant Legatis. nec remouent niſi gratias præuentiuas. In eadem cauſa * 15. Martij. 1546. * in addit. ad decif. 335. lib. 2.

DECISIO IV.

INdulta Cardinalium præſeruant iuriſdictionem, etiam quo ad beneficia patrimonialia. licet Cardinales teneantur conferre illis quibus debebantur. Ita in vna * Burgenſi dimidiæ portionis, coram Fabio. 19. Octobris. 1548. Et idem in cauſa * Burgenſi beneficij de Quintanauida. 20. Octobris. 1544. coram Pighino. Fuit tamen tentum, in cauſa * Burgenſi beneficij de Villa Franca, coram Fabio, quod indultum nō impedit. quin dimidius portionarius poſſit aſcendere ad integram portionem, iuxta conſtitutiones Eccleſiæ. 16. Ianuarij. 1545.

* decif. 163. lib. 3. * decif. 158. lib. 2. * decif. 394. lib. 2.

DECISIO V.

PRiuilegia Capitulorum Hiſpaniarum, circa canonicatus doctorales quod poſſint eligere in quibus eſt clauſula iſta, videlicet. ac electione facta. electos pro tempore ad poſſeſſionem illorum, ſic tamen quod electi infra quattuor menſes nouas prouiſiones impetrare expedire, ac iura Cameræ Apoſtolicæ ſoluere teneantur, recipere & admittere poſſint. intelliguntur quod non recipiantur, niſi cum illa conditione. & cenſetur annullata poſſeſſio, non electio, ſi infra dictum tempus litterę non expediantur. vt in vna Burgenſi canonicatus Doctoralis, coram Reomano, inter Andream Mendozza, & Petrum Pontanum. 28. Ianuarij. 1549.

DECISIO VI.

PRiuilegia paraſrenariorum, quod non teneātur acceptare in abſentia Papæ, intelliguntur de longeua, & non de breui abſentia. cum fuerint conceſſa quando Papa iturus erat Nicæam. Ita in cauſa * Burgenſi canonicatus, coram Aquenſi, inter Claudiū Sablon, & Claudium Morandi. 3. Martij. 1542. Nam ille dicitur abſens qui longe abeſt. Felin. in c. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. col. fin. Sarnen. q. 16. de imp. ben. vac. * decif. 167. lib. 1.

DECISIO VII.

PRiuilegia reualidationis gratiarum conſumptarum, conceſſa paraſrenarijs, intelliguntsr dummodo litterę expectatiuę expediantur, & eligatur diœceſis. Ita in cauſa Calaguritana portionis, coram Marſicano. 24. Aprilis. 1542.

DECISIO VIII.

PRiuilegia ſcriptorum, quod poſſint acceptare in menſibus ordinariorum vnum nō reſeruatū, intelliguntur de vno regulari non reſeruato nec affecto. Ita in cauſa * Calaguritana canonicatus, coram Fabio 14. Ianuarii. 1547. * decif. 504. lib. 2.

DECISIO IX.

SCriptores actu non exercentes, non comprehenduntur ſub regula de concurrentibus. vt ſupra, de conceſſ. præben.

DECISIO X.

PRiuilegia deſcriptorum, non ſuffragantur Scriptoribus ante publicationem. vt ſupra de conceſſione pręben.

DECISIO XI.

FAcultates nominandi, conceſſæ vniuerſitati Louanienſi ad inſtantiam Regum. cum clauſula. perpetuo duraturas. non comprehenduntur ſub regula reuocatoria facultatum nominandi. Ita. 28. Martij. 1547. coram Reom. in cauſa Cameracenſi canonicatus.

DECISIO XII.

INdulta non capiunt reſignationes factas in fauorem certæ perſonæ. videlicet, quod habens indultum, poſſit illos admittere. Ita in cauſa Cartaginienſi beneficiorum, coram Verallo. 13. Maij. 1541.

DECISIO XIII.

PRiuilegium conceſſum clero Hiſpaniarū ſuper regreſſibus ſine conſenſu non valituris, ligat etiam ante publicationem. tam quia eſt in vim contractus, quam propter decretum irritans. Felin. in c. cognoſcentes. de conſt. in 4. limit. Ita in cauſa * Cartaginienſi canonicatus, coram Fabio 26. Maij 1544. Nō obſtante quod exaduerſo diceret quod priuilegium intelligitur ſi fuerit receptum, & ita debet intelligi decretum tanquam acceſſorium. iuxta notata per Felin. in cap. 1. de treugu. & pac. Et fuit dictum, quod Cardinalis in Clem. 1. de elect. nu. 18. non tenetur. * decif. 141. lib. 1.

DE-

DECISIO XIV.

PRiuilegia Referendariorum, comprehendunt etiam futuros Referendarios. Ita in cauſa * Caurienſi parochialis S. Iacobi coram Thanis. 20. Aprilis. 1543. Ratio eſt, quia ſunt conceſſa collegio. ideo tentũ eſt 29. Maij. 1544. in eadem cauſa, corã Pighino, quod commenda facta eidem, erat bona, non obſtante regula de idiomate, cui erat derogatum in priuilegijs præfatis.

* deciſ. 7. lib. 2.

DECISIO XV.

PRiuilegia deſcriptorum, iuuant eos ad expectatiuas ſub quacumque Data futuras. Ita in cauſa * Conchenſi parochialis S. Iacobi, coram Auguſtino. 15. Martij. 1549. inter Ioannem de Hernea, & Ioannem Molina.

* deciſ. 218. lib. 3.

DECISIO XVI.

INdulta Cardinalium, capiunt beneficia electiua, propter verba, etiam ſi per electionem aſſumi, &c. & verba, ac quamcumque aliam diſpoſitionem. Ita in cauſa * Eugubina præpoſituræ, coram Puteo. 14. Decembris. 1548. Et conſiderabatur, quod ſicut valet collatio Epiſcopi, patronis non præſentatibus, vt per Felin. in c. cum Bertoldus. de re iudic. ita valet collatio non eligente Capitulo. Si tamen Capitulum eligeret vnum, & Cardinalis alteri conferret, non valeret prouiſio Cardinalis.

* deciſ. 190. lib. 3.

DECISIO XVII.

INdultis Cardinalium cenſetur derogatum per gratiã ſi neutri, in qua erat clauſula nõ obſtãtibus priuilegijs, & indultis, & Eccleſiæ prædictæ, & illius præſidi, etiam Cardinali. Licet alias, ſi fuiſſet dictum in genere non obſtantibus priuilegijs, etiam Cardinalibus conceſſis, nõ intelligeretur derogatum indulto Cardinalis ordinarij collatoris. vt alias tentum fuit in cauſa Hiſpalenſi canonicatus, contra Peſcheriam. Ita in d. cauſa Eugubina eod. die.

DECISIO XVIII.

PRiuilegium amittitur per non vſum, vt ſupra de iure patronat.

DECISIO XIX.

INdulta Cardinalium, nõ loquuntur, de beneficijs reſignatis in manibus Papæ per illa verba: per quamcumque dimiſſionem vel amiſſionem in manibus noſtris factam. non intelliguntur quo ad beneficia vacantia per reſignationem factam in fauorem certæ perſonæ. cum in illis, indulta non habeant locum. Ita in cauſa * Fanenſi & Firmana beneficiorum, coram Proſpero. 28. Ianuarij. 1547.

* deciſ. 511. lib. 2.

DECISIO XX.

TEmpus ſex menſium, quod datur in indultis ad expediendum nouam prouiſionem, & ſoluendum iura Cameræ pro beneficijs reſeruatis, non currit quando quis ignorauit illud reſeruatum, ſi reſeruatio non ſit publice nota. vt in caſu iſto. vbi mortuus fuerat alias iam erant multi anni, familiaris eiuſdem Cardinalis. Ita in cauſa * Gerundenſi canonicatus coram Raynaldo Petrutio. 18. Martii. 1541. Fuit inſuper tentum, quod non ſufficit hoc caſu, quod eſſet publicum, in partibus vel in curia, de tali reſeruatione, quia eſt præſumpta ſcientia, quæ non præiudicat poſſeſſori. vt ſupra de probat.

* deciſ. 205. & ſeq. lib. 1.

DECISIO XXI.

PRiuilegia parafrenariorum, quod non teneantur ad diligentias durante abſentia, quomodo intelligantur. & quod non tenẽtur acceptare ſupra de conceſſ. præben.

DECISIO XXII.

SCriptores abſentes, gaudent priuilegijs ſicut præſentes, quia habent officium ex cauſa emptionis. Ita in cauſa * Leodienſi canonicatus ſancti Bartolomæi, coram Antonio Auguſtino. 24. Februarij. 1548.

* deciſ. 203. lib. 3.

DECISIO XXIII.

CArdinales, ſtante regula quod teneantur eligere vnam eccleſiam, & vnum monaſterium non poſſunt conferre beneficia ſpectantia ad vnam præpoſituram, quam obtinent in eadem eccleſia. etiam quod regula videatur prohibere tantum, quod non retineant indulta ad alias eccleſias & monaſteria. Ita in cauſa Leodienſi canonicatus, coram Rauellenſi, 23. Februarij & 2. Martij. 1543.

DECISIO XXIV.

CArdinalis, abutendo indulto, puta conferendo beneficia vacantia in curia, quæ conferre non valebat, illud amittit. & fuit pro abſoluto ſuppoſitum per Dominos in cauſa * Leodienſi canonicatus S. Pauli, coram Puteo. 8. Octobris. 1543. in qua cauſa dictum fuit, quod licet conſtaret de ſcientia obitus, non conſtabat nec præſumebatur

* deciſ. 31. lib. 2.

mebatur Cardinalē ſciuiſſe quod ille obierat in curia.

DECISIO XXV.

NOn ſufficit quod miles nominauerit a principio, niſi tempore vacationis ſit etiam miles. vt in cauſa * Lamacenſi parochialis de Rioſeceo, coram Ioanne Paulo. 8. Nouembris. 1543. Allegatur Staph. fol. 117. Bal. in c. conſtitutus. de reſcript. & conſ. 394. volum. 1.

* decil. 48. lib. 1. ſed contra videtur facere deciſ. Creſcent. 9. de priuileg.

DECISIO XXVI.

PRiuilegijs Auditorum cenſetur derogatū per clauſulam. quorum tenores. & quod clauſula. dummodo ius quæſitum. non obſtaret Ioan. Baptiſtæ de Bernardis, qui litigabat cum D. Siluestro Dario de * menſe Martij. 1545. coram Britorienſi. Vide Simonet. dec. 2.

* deciſ. 85. lib. 2.

DECISIO XXVII.

QVando priuilegium fuit limitatum per Papam, licet Papa poſtea confirmet primum, ſi non ſit mentio de modificatione, nihil eſt. vt per. tex. in c. veniens. de præſcript. Ita in cauſa Lugdunenſi parochialis Montisfalonis, coram Sarnenſi. 30. Octobris. 1542.

DECISIO XXVIII.

PEr conceſſionem noui priuilegij, nunquā cenſetur ſublatum primum priuilegium. iux. not. doctrin. Bart. in l. ſaluberrima. ſanctione. C. de præpoſ. agen. in rebus lib. 12. Vbi etiam eſt regula, quod inducta ad augumentum, non debent operari diminutionem. Quam doctrinam ſequuti ſunt Domini in d. cauſa. 13. Nouembris. 1542.

DECISIO XXIX.

ITem in dicta cauſa tentum eſt, quod propter breue communicatorium, Pauli & Clementis. iſte nō teneretur ad diligentias. 1. Decembris. 1542.

DECISIO XXX.

INdulta Cardinalium, non cenſentur reuocata per regulam reuocatoriam mandatorum, editam per Paulum III. 25. Februarij. 1539. Et licet regula in principio loquatur de Cardinalibus quo ad gratias præuentiuas, tamen nō loquitur de eis quo ad indulta. Ita in cauſa Maguntina canonicatus, coram Maceratenſi 9. Martij. 1543.

DECISIO XXXI.

INdultum conceſſum Nuncio, quod poſſit prouidere de beneficijs non excedentibus 24. etiam in menſibus reſeruatis, cōprehendit vacantia in quatuor menſibus ordinariorum. propter illa verba. etiam. &c. Ita. 4. Februar. 1540. in cauſa Oſcenſi vicariæ coram Aquenſi.

DECISIO XXXII.

BReue reualidatorium gratiarum * parafrenariorum, intelligitur reualidatorium gratiarū perpetuarum, puta prærogatiuarum & priuilegiorum datorum collegio parafrenariorum, non autem de gratijs temporalibus, puta expectatiuis & mandatis. ne alias diceremus quod Pontifex qui perviam legis reuocauit omnes gratias omnium perſonarum, etiam Auditorum, Referendariorum, antiquorum deſcriptorum, ſub inuolucro verborum reualidaſſet gratias parafrenariorum. & hoc modo hodie parafrenarij habent & expectatiuas & mandata. Item fuit dictū, quod ſi parafrenarij volebant quod breue induceret reualidationem debebant particulariter expedire littera talis reualidationis. Ita in cauſa Oxomenſi parochialis, coram Fabio. 23. Iunij. 1544.

* Vide deciſ. 117. lib. 1.

DECISIO XXXIII.

PRorogatio priuilegij, ſeu indulti, conceſſi ad quadriennum, cū clauſula. intra quod adhuc exiſtit etiam motu proprio cōceſſa ſi in veritate lapſum erat quadriēnium nō valet, etiam in vim nouę conceſſionis. Ita in cauſa Palentinæ portionis, corā Ioanne Paulo. 4. Maij. 1541. In contrarium dicebatur, quod cum gratia eſſet motu proprio, ſubreptio non erat conſiderabilis. & quod Papa pariter fuiſſet conceſſurus etiā ſi tempus eſſet elapſum, ideo quod debebat valere tanquam noua conceſſio. Et allegatur Dec. in auth. ſi quis in aliquo. prop. fin. C. de eden. dum dicit quod nō oportet docere de relato, quoniam ſumus in eo qui poteſt diſponere. Sed ex aduerſo dicebatur, hoc verum quando conſtat clare de mente. & allegatur etiam deciſ. 12. de præben. quia concedens voluit prorogare, non de nouo concedere.

DECISIO XXXIV.

ALternatiua quę habet clauſulam ad collationem, & quamuis aliam diſpoſitionem capit etiam beneficia quę ſpectant ad præſentationem Capituli, & inſtitutionem Epiſcopi. propter illa verba, quamuis aliam

aliam diſpoſitionem. Ita in cauſa * Portugallenſi de Golpejares, coram Puteo, 11. Octobris 1546. * decif. 652. lib. 2.

DECISIO XXXV.

DEcretum in indulto appoſitum, inficit prouiſionem Apoſtolicam, etiam ſi Cardinalis non conferat infra ſex menſes. vt ſupra de decret.

DECISIO XXXVI.

DEcretum regulæ conditæ pro expectantibus, in qua limitantur indulta Cardinalium, inficit. etiam ſi in illa diæceſi ſit vna tantum expectatiua, & ille non acceptet. Vide ſupra in verbo decretum.

DECISIO XXXVII.

DOmini inclinauerunt, quod indultum caperet etiam beneficia de iurepatronatus mixtim tamen, propter verba ad inſtitutionem, & quamcumque aliam diſpoſitionem. & quia in fine indulti erant verba. aut de iurepatronatus clericorum, vel laicorum mixtim. Ita in cauſa Vrbis præſepij, coram Reomano, 14. Octobris 1547.

DECISIO XXXVIII.

ALternatiua non inducit reſeruationem. ideo menſis Auguſti non erat reſeruatus. cum ſit conceſſus Epiſcopo, licet remota alternatiua, compræhenderetur, ſub regula octo menſium. Ita in cauſa Salamantina præſtimonij, coram Reomano, 4. Nouembris 1545.

DECISIO XXXIX.

COncordia ſuper indulto conceſſo de conſenſu Epiſcopi ad alienam collationem, in qua dicebatur. dummodo accedat aſſenſus ſedis Apoſtolicæ: numquã habetur pro perfecta, donec conſenſus accedat. & dicitur conditionalis. Ita in cauſa Salamantina pręſtimonij, coram Pighino, inter Sebaſtianum de Azeuera, & Franciſcum Biſega. 27. Aprilis. 1545. Alleg. tex. in cap. ſuper. de cond. appoſ.

DECISIO XL.

IN mandato minoris 14. annorum ad reſignandum requiritur auctoritas ſuperioris. vt infra de renunc. In cauſa Segobienſi.

DECISIO XLI.

COnceſſa alternatiua expedita ſub plumbo, ac indulto conceſſo per breue eiuſdẽ datæ, ſed ad omnes menſes, attendi debet alternatiua, & non indultum. vt in cauſa Segobienſi. canonicatus, coram Peregrino, 11. Februarij 1547.

DECISIO XLII.

INdulta Cardinalium cenſentur reuocata, etiam reſpectu collationis dignitatũ principalium in collegiatis, per regulam reuocatoriam indultorum quo ad collationem inferiorum. non obſtante quod dignitates huiuſmodi ſint reſeruatæ, & potius dicantur ſpectare ad collationem Papæ, quam inferiorum. Ita in cauſa Taurinenſi prępoſituræ de monte Cateno, coram Sarnenſi, inter Filippum Cauredo, & Tiberium Criſpum, 1. Martij 1540. Conſideratum eſt, quod ſaltem habitu collatio ſpectabat ad inferiores, licet non actu, propter reſeruationem. & quod regula in principio dicit. & quod vnicuique ius ſuum conſeruetur.

DECISIO XLIII.

DErogatio indultorum, etiam Cardinalibus conceſſorum, non intelligitur de conceſſis Cardinalibus ordinarijs collatoribus. Ita in cauſa * Toletana canonicatus & præbendæ, coram Peregrino, inter Franciſcum de Peſquera, & Petrum Nauarro, 26. Martij 1546. Et idem firmatum eſt etiam coram * Puteo, 27. Ianuarij 1548. * decif. 412. lib. 2 * decif. 166. lib. 3.

DECISIO XLIV.

SIcut concordata tollunt indulta Cardinalium, ita coadiutorias, niſi eis derogetur. Ita inclinarunt Domini in cauſa * Toletana Archipresbyteratus de Madrid, coram Ioanne Paulo, inter Franciſcum de Vargas, & Franciſcum Maldonato, 3. Martij 1544. Allegatur Caſſador. vnic. de pact. qui loquitur in coadiutoria. * decif. 108. lib. 2.

DECISIO XLV.

CLauſula quæ apponitur in collationibus quæ fiunt per Cardinales. tam ſua ordinaria facultate, quam virtute indulti. eſt magnæ importantiæ: quare Rota voluit in cauſa Tiraſonenſi canonicatus & præbendæ, coram Proſpero, inter R. P. D. Antonium

Auguſtinum, & Ioannem de ſancta ſe. 16. Nouembris 1547. quod, ex quo poſt conceſſas expectatiuas, & factas regulas quod Cardinales abſentes non gauderent niſi ſex menſibus, non conſtabat quod Cardinalis vti voluerit ſuo indulto. Et ponderabatur quod indultum dicit, vt Cardinalis poſſit libere conferre, non obſtantibus expectatiuis. & dicebatur habere locum regula, quod potui nolui. &c. Ideo valebat collatio facta per eum de menſe Martij.

DECISIO XLVI.

REgula modificatiua indultorũ ſpectantium ad præſentationem inferiorum, nõ habet locum, cum inter Epiſcopum & Capitulum eſſet facta concordia, quod collatio diuideretur ſingulis menſibus inter eos. & quod in menſe Capituli Epiſcopus conferret clerico per Capitulum nominando. Et in menſibus Epiſcopi, Capitulum conferret nominando per Epiſcopum. Ita in dicta cauſa Tiraſonenſi 20. Iunij 1547. Dixerunt enim, quod verbum conferret. intelligitur proprie, non pro inſtitutione.

DECISIO XLVII.

CArdinales abſentes, non poſſunt vltra ſex menſes de quibus in regula, conferre & in quattuor menſibus, licet multa dicerentur ex aduerſo in dicta cauſa * Tiraſonenſi 23. Decembris 1547. Et potiſſima ratio deciſionis, quæ tollit omnem difficultatem, eſt, quia regula inhibet in alijs menſibus. Dicebatur tamen aduertendum, quod regula tantum tollit indultum. & quod Cardinales non poſſint vti indulto. non autem dicit, quod non poſſit vti diſpoſitione iuris cõmunis, & regulis Cancellariæ. & ideo non extantibus expectatiuis, vel ſi beneficium maioris valoris, non comprehenſum ſub expectatiuis vacaret, Cardinales poſſet conferre in omnibus menſibus. Item, quando Cardinalis habebat duas Eccleſias, in illa in qua non habebat locum indultum, poterat in quattuor menſibus conferre. Sed reſpondebatur ex aduerſo, quod ſi ita intelligeretur, regula eſſet impoſita verbis. Item, quod dum regula tollebat indulta & conceſſiones, intelligebat de regula quatuor menſium, quæ poterat dici conceſſio.

* deciſ. 86. lib. 3.

DEISCIO XLVIII.

IN eadem cauſa dubitatum fuit, an, ex quo Cardinalis dedit cedulam, quod pro Eccleſia nominabat Mantuanam, & pro Monaſterio Eccleſiam Tiraſonenſem videatur propterea declaraſſe, quod volebat vti regula, & menſibus alternatis. Et tentum fuit quod non. 13. Ianuarij 1548. quia iſta reſpiciebant regulam, quod Cardinales etiam præſentes, habentes plures Eccleſias, tenerentur nominare. non autem reſpiciebant regulam, quod abſentes gauderent tantum ſex menſibus.

DECISIO XLIX.

PRiuilegium cõceſſum Parafrenarijs, quod non tenerentur acceptare durante abſentia, durat etiam ſi infra menſem datum ad acceptandum, Papa reuertatur. Ita in cauſa * Tiraſonenſi canonicatus inter Ioannẽ Solanum, & Didacum Ceſpedes, coram Aquenſi, 18. Februarij 1541.

* deciſ. 77. lib. 1.

DECISIO L.

INdultum Cardinalis non habet locum, ſi ex cauſa reſignationis factæ in manibus Papæ, beneficium fuit vnitum ad vitam alicuius, qui hodie decedat. quia dicitur vacare vt prius. Et licet indulta dicant, etiam ceſſantibus commendis, & vnionibus diſſolutis, non refert. ex quo beneficium iſtud dicitur vacare in Curia. & dum in Indulto Papæ dicitur, quod in vacante in Curia requiratur conſenſus Cardinalis, tũc non loquitur ceſſantibus commendis. Ita in cauſa * Tullenſi parochialis S. Pauli, coram Peregrino inter Ioannem Clauſæ, & Aptinum Vgonis, 15. Februarij 1547. Allegatur Caſſador. deciſ. 5. de priuileg. & deciſ. 2. de vnione. Item dicebatur, quod illa verba. etiam ceſſantibus commendis & vnionibus. intelligebantur præterquam propter vacationem ex cauſa reſignationis. ex quo Papa fecerat illam exceptionem, cum non ſit veriſimile, quod ſtatim voluerit ſe corrigere. Ex aduerſo autem dicebatur, quod exceptio in indulto, erat facta ad effectum vt prouideret illis, in quorum fauorem fiunt reſignationes, ne impediatur reſignatio. cum autem poſtea vacat per diſſolutionem vnionis, ceſſat illa ratio.

* deciſ. 13. lib. 3.

DECISIO LI.

DEſcriptus, præfertur alteri habenti priuilegia deſcriptorũ ex nominatione alterius. Ita in cauſa Tullenſi canonicatus, coram Thoma, inter Ioannem Fuſoris, & Nicolaum le Bon. 8. Iunij 1541.

DE-

DECISIO LII.

IN eadem cauſa, 10. Iunij 1541. tentum fuit, quod deſcriptus originarius præfertur deſcripto non originario. propter veriſimilem mentem Papæ.

DECISIO LIII.

INdultorum Leonis, quod debeat fieri mentio in indiuiduo, de nominibus & titulis Cardinalium, fuit tentum, quod non eſſet perpetuum. in cauſa * Toletana canonicatus, coram Peregrino, inter Petrum Nauarro & Franciſcum Peſquera 19. Nouembris 1546.

* deciſ. 618. lib. 2.

DECISIO LIV.

SVſpenſio indultorum, quæ fit in reſignationibus in quibus ſunt clauſulæ generales. quouis modo. &c. & clauſulæ infectiuæ, nihil operatur, ſi ille reſignatarius vellet capere beneficium per clauſulas generales. quia non eſt danda derogatio indulti, niſi narrata reſignatione, & ad illius effectum. Ita in cauſa Taurinenſi Prępoſiturę de Cherio, coram Mohedano, inter Vincentium Fulgurem, & Gabrielem de Thanis, 12. Maij 1540. Facit regula. in generali. & ex communi ſtylo arguitur. & mens colligitur Felin. in c. ſuper litteris. de reſcript. col. 5.

DECISIO LV.

SEcretarij habent in priuilegijs, quod in aſſequutione beneficiorum gaudeant omnibus priuilegijs, quibus gaudent ſcriptores Apoſtolici. & propterea dicebatur, Secretarios non teneri ad regulam de publicandis. Sed fuit tentum contrarium. in cauſa *Valentina de Paterna coram Thoma, inter Iacobũ de Cordellas, & Thomam Fort. 14. Nouembris 1544. iſta ratione, quia priuilegia quæ ſunt data quo ad aſſequutionem, non ſuffragantur quo ad regulam de publicandis. quæ non reſpicit aſſequutionem beneficij, ſed potius negligentiam. propter quam dicitur quis beneficium amittere. Item, ab vſu patrisfamilias tale priuilegiũ de non publicandis, ſolet ſpecialiter cõcedi.

* deciſ. 274. lib. 2.

DECISIO LVI.

PRiuilegium Cubiculariorum, quod non teneantur ad diligentias, non ſuffragatur dimiſſo officio. quia licet non tenerentur acceptare nec publicare, tamen tenentur ad tertiam diligentiam. ſcilicet citari facere aduerſarium intruſum infra annum. vt in dicta cauſa, 17. Nouembr. 1544.

De Probationibus.

DECISIO I.

FAMA probari debet quod erat tunc, puta, iam ſexaginta annis. & quod teſtis erat ætatis ſeptuaginta annorum. & quod tunc ſic dicebatur. Ita in cauſa Aquenſi Caſtrorum, coram Puteo, 23. Februarij 1543.

DECISIO II.

QVamuis in vacante in Curia, detur ſemper Data ſub die obitus, tamen ſi ſint ſignatæ duæ ſupplicationes pro diuerſis, attendetur quæ prius fuit ſignata, ſi probatum ſit. Ita tentum fuit in cauſa Conchenſi Archidiaconatus de Alarcon, coram Marſicano, inter Marcum de Parada, & Ludouicũ de Torres, 9. Decembris 1541. Licet fuerint quatuor pro hac parte, & tres cõtra.

DECISIO III.

LIcet teſtes ſingulares non probent confeſſionem, nec etiã fama probaret duellum Ioannis del Mila, tamen quia Auguſtinus Oliuer dabat de iure Ioannis tertij, & Gulielmus Caſſador, ad oſtendendum de nõ iure Ioannis tertij, examinauerat teſtes ſingulares de confeſſione ipſius Ioannis, & de fama, fuit tentum, 15. Octobris 1546. coram Peregrino, in cauſa * Dertuſenſi ſacriſtiæ, quod hoc caſu duellum probabatur. ex quo contra illum qui dabat de iure tertij facta erãt. Allegatur pro parte affirmatiua, quod teſtes ſingulares probent confeſſionẽ. Curt. Iun. conſ. 168. Pariſ. conſ. 57. num. 43. vol. 1. Aym. conſ. 73. Soc. Iun. conſ. 90. & 99. vol. 2. Sed in contrariũ adducebatur, quod verba iactatoria non probant. c. cum iuramenta. de homicid. c. cum veniſſent. de inſt. Item quia etiam quælibet præſumptio eſt probanda per duos teſtes. vt per Felin. in c. licet ex quadam. de teſtibus. col. pen. Afflict. deciſ. 364. Et dicebatur quod quando Felin. in c. ſi cautio. dicit, quod cõfeſſio extraiudicialis probat, loquitur quando eſt facta cũ cauſa.

* deciſ. 466. lib. 2.

DECISIO IV.

ATteſtationi Papæ nõ eſt ſtandum, ſi poſtquam declarauit aliquem eſſe eius familiarem, ſignauit commiſſionem. quod, quatenus tolleretur ius quæſitum, declaratoria reduceretur ad viam iuris. Ita in cauſa * Gebbenenſi parochialis de Serauallés, coram Puteo, 11. Iunij 1542. Allegatur in cõtrariũ Sarn. q. 13. de impetr. benef. vac. Sed ꝑ alia parte allegatur Anch. cõſ. 395. Mihi

* deciſ. 309. lib. 1.

tamē obſtat multū, quod atteſtatio Papę nō pōt tollere ius quęſitū conſiderabiliter. quia etiam alij teſtes tollerent ius quæſitum. niſi dicatur, quod nō depoſuit tamquam teſtis. immo quod videtur receſſiſſe, concedendo commiſſionem. Vide Staphil. fol. 115.

DECISIO V.

AD probandum execrabilitatem meam, nō ſufficit vnus teſtis cum fama, & etiā productio mandati ſubſtitutionis facta per meū procuratorem. licet in inſtrumento ſubſtitutionis, eſſet inſertū mandatum quod mihi producenti præiudicaſſet. Ratio fuit, quia hoc caſu requiritur plena * probatio. iuxta deciſ. Aegid. 471. Ita 27. Octobris 1542. coram Puteo, in cauſa Gebennenſi Seraualliſ, de qua ſupra.

* Vide deciſ. 53. lib. 2.

DECISIO VI.

SCientia alicuius non probatur, quādo tractatur de amiſſione iuris ſui. etiam ſi probetur, quod erat notum in loco. Ita in cauſa * Gerundenſi canonicatus, coram Raynaldo, 16. Maij 1541. vt dixi ſupra, de priu. Allegatur gloſ. in Clem. 1. de conceſſ. præb. & ibi Card. Vbi ſit differentia inter amiſſionē, vel acquiſitionē iuris. Poteſt eſſe ratio, quia in huiuſmodi priuatione, non ſufficit iſta ſciētia pręſumpta. Ruin. lib. 3. conſ. 66. n. 19. & ſeq. vbi arguit, ex vicinitate locorum non inferri ſcientiam. & mandatum non præſumi, ne quis priuetur ſuo. Ideo communis ſcientia in loco, non ſufficit ad imponendum pœnam. Aym. lib. 1. conſ. 193. nu. 8.

* Deciſ. 142. lib. 1.

DECISIO VII.

CLericatus illegitimi probatur per famam, * alijs concurrentibus. vt in cauſa Leodienſi decanatus, coram Rauellenſi, 10. Ianuarij 1547.

* Regulariter cōtrarium. deciſ. 349. lib. 1.

DECISIO VIII.

HAbilitates, & alia narrata in litteris reſeruationis penſionis, ac in inſtrumento tranſlationis, non ſunt probanda per agentem ſpolio ad penſiones ſubtractas. Ita in cauſa * Licienſi penſionis, coram Puteo, 18. Ianuar. 1542. Ratio eſt, quia ille qui ceſſauit ſoluere, prius approbauit perſonam illius, & omnia.

* Deciſ. 235. lib. 1.

DECISIO IX.

STatur aſſertioni Epiſcopi ordinantis in aliena diœceſi, & aſſerentis illud feciſſe de licentia Ordinarij. vt ſupra de diſpenſ.

DECISIO X.

CLericatus auctoris, ſatis dicitur probatus per publicam vocem & famam, niſi ex aduerſo eſſet datus fumus de illegitimitate. iuxta deciſ. Aegid. 112. Ita in cauſa * Ouetenſi Archidiaconatus, corā Puteo, 12. Decembris 1547. inter Ioannem de Prama, & Ioannem Marquez. Facit deciſ. 9. de cauſ. poſſ. in antiq.

* deciſ. 77. lib. 3.

DECISIO XI.

AD probandum clericatum auctoris, allegatio Lapi non ſuffragatur. tamen probatur clericatus ſi auctor per decem annos tenuit beneficia in antiquitate quinquaginta annorum. vt in cauſa Placentina coram Thoma, inter Garſiam Caruajal, & Ioannem Solanum, 4. Decembris 1545. Allegatur Aegid. 645. 112. & Caſſad. 2. & 3. de cauſ. poſſ.

DECISIO XII.

NOtorium dicitur, quod ſit præſentia decem perſonarum: vt in cauſa * Segobienſi iuriſdictionis coram Mareſcoto, inter Epiſcopum, & Capitulum 24. Martij 1542. Allegatur gloſſ. Ioannis 1. in ordine in c. de manifeſta. 2. q. 1. & ibi per omnes modernos in c. cum oporteat. col. 9. verſ. item adde Baldum. de accuſat.

* deciſ. 183. lib. 1.

DECISIO XIII.

PRouiſus per Ordinarium tenetur probare, beneficium vacaſſe in menſ. Ordinarij ſi Apoſtolicus poſſederit. licet Ordinarius habeat de iure communi collationem in omnibus menſibus, & reſeruationes ſint odioſæ. Ita in cauſa * Salamantina Canonicatus, coram Puteo, inter Michaelem Alpharo, & Antonium de Vega, 4. Febr. 1549.

* deciſ. 206. lib. 3.

DECISIO XIV.

CLericatus auctoris qui tranſtulit penſionem, dicitur ſufficienter probatus ſi probatur delatio habitus, tonſuræ, & communis reputatio. non obſtante quod eo tempore eſſet vxoratus, & ſic non eſſet in quaſi poſſeſſione clericatus. Ratio dubitandi fuit propter deciſ. 7. de teſt. & 9. de cauſ. poſſ. in antiq. Ita reſolutum eſt in cauſa * Salamātina penſionis, coram Mohedano, inter Cardinalem de Sancta Cruce, & Galeottum de Fantis 28. Maij 1540.

* Vide deciſ. 139. lib. 1.

DECISIO XV.

QVando opponitur contra inſtrumentum quod omnes de Collegio non fuerint vocati ille, qui hoc dicit, quod illi qui non fuerunt vocati erant in loco, tenetur id probare. alias alter poteſt dicere, eos fuiſſe extra locum. Ita in cauſa * Segobienſi moleſtiarum & ſpolij, de Parazes coram Proſpero 12. Februarij 1546. inter Abbatem, & Capitulum, & Canonicos. Allegatur conſ. Fed. 148. & Abb. in c. 1. de ſyndico. & in c. cum Ioannes. de fid. inſtr.

* deciſ. 375. lib. 2.

In

In contrarium autem dicebatur ex forma ſtatuti omnes, debuiſſe vocari cum cedula. & quod qui dicebat ſeruaſſe formã, id probare debebat.

DECISIO XVI.

CVm in erectione beneficij dictum fuit, beneficium non excedere valorem ducatorum 100. & Papa mandauit augeri ad medietatem. & præſentatus poſſeſſor diceret beneficium plus non valere. dubitatum fuit quis teneretur probare, quod plus non valebat. Et die 1. Decembris 1544. fuit reſolutum, quod hæc probatio ſpectabat ad Thobiam Spinellum præſentatũ. quod per aſſertionem eius, etiam cum adminiculis, non probatur valor. in terminis. l. cum de lege. de prob. Ita in cauſa Terdonenſi Prioratus, de ſumma ripa, coram Fabio, inter D. Thobiam, & Cardinalẽ de Gambara. Allegatur Rip. in c. ad aures. de reſcript. col. 11. Poſtea fuit datum dubium, cui incumbat onus probandi valorem. Et die 12. Decembris tentũ fuit, quod ſecluſa regula Adriani, quæ onerat fundantem, onus probandi incumberet Cardinali, ꝙ etiã firmatum fuit. 15. Decem.

DECISIO XVII.

NArratiua rebellionis, etiã motu proprio facta per Papam, non probat. Ita in cauſa * Vrbeuetana Caſtri Caſtilionis, coram Reuellenſi, inter DD. de Sabellis, & Monaldenſes. 4. Iunij 1541. Et dictum fuit, idem reſolutum fuiſſe in cauſa Bononienſi bonorum, de Bentiuolis. Allegatur, quod in criminalibus regula non procedit. vt per Felin. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. col. 23. Gem. conſ. 53. col. 4. Dec. conſ. 544. & ſeqq. Aret. conſ. 175. Iaſ. conſ. 34. vol. 1. col. 6. & cõſ. 86. col. 5. vol. 3. Rebuff. fol. 241. Et quia in contrarium allegabatur Bald. conſ. 326. ſeu 328. col. 4. vol. 1. Soc. 266. col. 2. fuit dictum, quod Dec. d. conſ. 445. col. antepen. illum improbat. Pro quo etiam facit, quia vbi agitur de graui præiudicio, Papæ aſſertioni nõ ſtatur. Paul. de Caſt. conſ. 46. col. fin. vol. 2. Petr. de Anchar. conſ. 348. col. fin. Aret. conſ. 165. col. 3. Dec. conſ. 357. & c. quæ in Eccleſiarum. col. 12. Staphil. fol. 155. Vide Felin. in c. 2. de reſcript. & c. cauſam quæ. col. 6. eod. tit.

* decis. 224. lib. 1.

De Procuratoribus.

DECISIO I.

TVTOR poteſt, ante confectionem inuentarij, conſtituere actorem. & actor ad omnes cauſas poteſt proſequi appellationem. Bart. in l. tutor qui repertorium. col. 2. ff. de adm. tut. Dec. late in c. ex parte. de appell. & quo ad ſecũdam partẽ Salic. in l. ſi actor. 2. oppoſ. C. de appell. Ita in cauſa * Bononienſi hæreditatis de Ferrerijs, corã Aquenſi. 17. Martij 1542.

* decis. 280. lib. 1.

DECISIO II.

PRoceſſus factus per procuratorem minorem vigintiquinque annis, tenet in beneficialibus, etiam parte opponente. Franc. in c. qui generaliter. in fin. de procur. in 6. & Aegid. 143. in fine. Quicquid dicat dec. 801. in antiq. & Iaſ. in l. exigendi. C. de proc. & non obſtante quod diceretur, minorẽ pro ſe poſſe agere in cauſa adulterij, non tamen pro alio. l. ſi maritus la 2. §. lex Iulia. ff. de adult. Idem in ſeruo. per l. ſeruus. ff. de bon. poſſ. Ita in cauſa * Bononienſi Capellaniæ S. Lazari, pro Ioanne de Facchis, contra N. Campanum, coram Puteo 19. Martij 1541.

* decis. 151. lib. 1.

DECISIO III.

MAndati defectus non poteſt opponi per aduerſarium, ſi lata ſit ſententia pro habente mandatum defectuoſum. vt ſupra de iud.

DECISIO IV.

MAndatum enunciatum in ſententia, bene præſumitur in antiquis. ſed hoc non procedit, quando reperitur ſpeciale mandatum. niſi etiam enuncietur ſpecialitas. Ita tentum eſt in cauſa * Calaguritana beneficij de Pobes, coram Rauellenſi, 21. Octobris 1547.

* decis. 53. lib. 3.

DECISIO V.

MAndatum præſumitur, ſi remiſſoria fuit exequuta in partibus vbi erat principalis, qui habuit notitiam, ex quo poſtea fuit tranſmiſſus proceſſus, & productus per per eundem procuratorem. quia ex ſcientia cum actu poſitiuo, ſcilicet quod iſte habuerit iura facientia ad cauſam, præſumitur mandatum. ad not. per Bar. in l. 3. §. cauſam. ad Carbonian. Ita in cauſa * Canarienſi iuriſdictionis, coram Peregrino, 23. Ianuarij 1545.

* decis. 209. lib. 2.

DECISIO VI.

SI productum fuit mandatum inſufficiens, & lata ſententia, nõ poteſt ſubſtineri proceſſus, etiamſi poſt ſententiam exhibeatur bonum mandatum. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana penſionis, coram Rauellenſi, 12. Februarij 1546. Quicquid dicat deciſ. 145. in

* decis. 373. lib. 2.

nou. & 248. in antiq. quia procedunt vbi penitus nõ conſtabat de mandato,& poſtea repertũ eſt vnũ mandatũ tantum . vel procedunt in ſentẽtia excõmunicationis.& ita videtur ſentire Roman.conſ. 343. Sed pro deciſione iſta facit conſ. eiuſdẽ Rom. 446. & 496.Iterum fuit tentum vt ſupra,in cauſa nullius Monaſterij coram Sarnenſi 30. Maij 1541.

DECISIO VII.

SI mandatum in quo ſunt conſtituti duo procuratores abſque clauſula . & quemlibet in ſolidum.habet clauſulam in fine.promittens habere ratum quicquid per eos, & eorum alterũ factum fuerit. poteſt vnus ex illis procuratoribus tantum,conſentire reſignationi , & dominus non poteſt contrauenire. licet clauſulæ in exequutiuis poſitæ nõ ſoleant diſponere.iuxta not. per Felin. in c. licet.de off. ord. & in c. ſedes. de reſcript. & Rota 23. de procur. in antiq. & Biſig. 1. eod. tit. Quia in hoc caſu non voluit Rota quod diſponãt, ſed quod declarent, & quod operentur ratificationem , & quod ille non poſſit conuenire . Ita in cauſa Ciuitatenſi præſtimonij corã Puteo 30. Ianuarij 1548. & iterum vltima Februarij .

DECISIO VIII.

MAndatum ad conferendum.quatenus cõtingat beneficium vacare ex cauſa permutationis. extenditur quod poſſit admittere reſignationem ex cauſa permutationis faciendam . vt not. infr. de renunc. Et licet mandatum ad conferendum certum beneficium,non teneat.iuxta deciſionem 5.de off. vicar. in nou. quam tenuerunt Domini in cauſa Conimbrigenſi canonicatus & præbendæ, coram Proſpero de menſe Februarij 1544. & ita dicit tex. in c. deliberatione. de off. deleg. in 6. Tamen hoc non procedit in permutatione . vt ibi dicit Domin. in fin. & Collect. in c.final. in fin. de rer. permutatione. & Bellam in tract. de rer. permut 1.par. quæſt. 10.

DECISIO IX.

VOluntas procuratoris ſubſtituti , quod conſenſerit ſe reuocari per procuratorem principalem , qui non habeat facultatẽ reuocandi,debet probari per eum,qui dicit eum conſenſiſſe. l. exceptionibus. ff. de except. Allegatur tamen in contrarium gloſſ. in c. ei qui.de proc.lib.6.& gloſ.in c. quis. eod.tit.verſ. eo volente. Ita in cauſa Giennenſi decimarum, coram Thoma 23. Martij 1541.

DECISIO X.

RAtificatio poſt terminum ad confitendum debitum,& videndum ſe excommunicari,nõ tenet ſicut ratificatio quæ fit poſt ſententiam. iuxta deciſ. 1. hoc tit. in antiq. Ita in cauſa * Ilerdenſi arrendamenti coram Mohedano 15. Februarij 1546. Tamen Rota dixit,hoc eſſe verum de rigore.& voluit quod videretur de bono iure . * deciſ. 178.lib.2.

DECISIO XI.

PRocurator ſubſtitutus in negocio executiuo, poſt aliquos actus poteſt ſubſtituere , nõ obſtante quod diceretur,in negotio executiuo non dari inſtantiam . quia contrarium eſt verum . vt per Doct. in l. properandum. in princ.C.de iud. Rom. conſ.174. Ita in cauſa * Hiſpalenſi dimidiæ portionis coram Thanis 30. Ianuarij 1545. * deciſ. 215. lib.2.

DECISIO XII.

MAndatum ad compromittendum,non expirat per primum compromiſſum , ſed procurator poteſt pluries compromittere , donec cauſa terminetur . preſertim in cauſa vbi virtute ſtatuti erat faciendum compromiſſum inter conſanguineos . vt in cauſa * Liuiana hæreditatis, coram Ioanne Paulo , & Pighino 4. Aprilis 1541. Allegatur Bart. in l.1. ad l. Falc. Rip. reſpon. 27. & in c. cum M. de conſt. Rom. conſ. 104. circa illud quod ſtante ſtatuto . * deciſ. 100. lib.1.

DECISIO XIII.

ACceptans mandatum, & illud producens ad effectum ſubſtituendi tantum, niſi illud producat per compulſum , cenſetur acceptaſſe in totum . & valet ſententia lata eo citato . Ita in cauſa * Mantuana ruccarorum, coram Proſpero 26. Ianuarij 1545. * deciſ. 212. lib.2.

DECISIO XIV.

PRocurator conſtitutus poſt primam reſignationem validam,non cenſetur reuocatus,etiam ſi conſtituens ſecundo loco cedat. & ideo valent acta cum eo , non intimata tali reuocatione , quæ iſto caſu debet intimari .alias poteſt procedi contra dominũ pro fructibus & expenſis. Ita in cauſa * Palentina canonicatus, 8. Octobris 1546. inter Gomeſium de Torres , & Ferdinandum de Villumbrales . * deciſ. 458.lib. 2.

DE-

DECISIO XV.

MAndatum, datum cenſetur data ſcientia domini, quod agebat nomine ſuo, & patientia, ac dubio mandati. & quod produxit iura. licet alias non videatur ſufficere ſola patientia. iuxta communem opinionem quam refert Felin. in c. cæterum. col. 3. de iud. verſ. non obſtat. & Alex. in l. ſæpe. de re iud. col. 30. verſ. contrariam partem. & cõſ. 79. col. fin. vol. 4. Ita in cauſa * Placentina caſtri Sarmati, coram Ioanne Paulo, 23. Octobris 1542.

* deciſ. 348. lib. 2.

DEISCIO XVI.

INtimatio appellationis facta per procuratorem ſubſtitutum, non oſtenſo principali mandato niſi per inſertionem in mandato dictæ ſubſtitutionis, non deuoluit cauſam, etiamſi non fuit petitum fieri fidem de tali mandato. Ita in cauſa * Salamantina portionis, coram Fabio, inter Antonium Arãzo, & Alphonſum Maldonato 19. Ianuarij 1547. Allegatur pro deciſ. Faſtol. dub. 35. & Aegid. deciſ. 58. & 59. In contrarium dicebatur, quod ex quo pars non oppoſuit, erat danda fides inſerto. vt per Soc. in l. 2. de eden. & ibi N. de Monte Sperello. Et opponebatur de Clemen. cauſam. de elect. in verbo. ſi petita fuerit.

* deciſ. 505. lib. 2.

DECISIO XVII.

INtimatio reuocationis procuratoris, ſufficit facta reſignatario tantum. Ita in cauſa * Salamantina Abbatiæ S. Saturnini, coram Mohedano, inter fratrem Alphonſum Nunnez & Martinum Gomez 12. Nouem. 1543. Vide deciſ. Mohed. 187. Et in cõtrarium videntur deciſiones eiuſdem 116. & 186.

* Vide addit. ad deciſ. 418. lib. 2.

DECISIO XVIII.

PRocurator, etiam poſt tres ſententias, etiã ſi conſentiat, non poteſt reuocari quin procedatur in cauſa reſtitutionis, niſi aduerſarius etiam conſentiat. Ita in d. * cauſa 16. Nouembris 1543. Allegatur text. in c. 2. de procur. in 6. & gloſſ. in l. mutari. ff. de proc. Paul. de Caſtr. in l. quæ omnia. in prin. ff. eod. tit. Fel. in c. ex parte decani. col. pen. de reſcript. nu. 84.

* deciſ. 52. lib. 2.

DECISIO XIX.

MAndatum expirat per ceſſionem, ſeu renunciationem beneficij intantum, quod licet reſignans remaneat in poſſeſſione, & poſſet per ſeipſum ſe defendere, ac valerent forſan ſententiæ abſolutoriæ pro eo latæ, etiamſi de nouo conſtituiſſet procuratorẽ. tamen cum ſententiæ fuerint obtentæ per procuratorem antea conſtitutum, & ſic reuocatum, fuerunt nullæ. Ita in dicta cauſa, coram eodem, 23. Martij 1545. Allegatur Abbas in c. cum veniſſent. de teſtibus. & Clem. fin. de proc.

DECISIO XX.

PRocurator conſtitutus per reum citatum ad defendendum cauſam illam, non poteſt agere. Ita in cauſa * Salamantina rectoriæ, coram Puteo, 24. Ianuarij 1543. inter Thomam de Iudice, & Fabritium etiam de Iudicibus. Allegatur text. in c. accedens. & c. conſtitutus. de procur. & Alexandrin. in c. domino. 50. diſt. col. 1.

* deciſ. 413. lib. 2.

DECISIO XXI.

IN eadem cauſa. cum Thomas primo commiſiſſet cauſam D. Aquenſi. & ante executionem citationis per Thomam obtentæ, Fabritius commiſerit cauſam D. Roſſanenſi. & Thomas dederit mandatum ad cauſam, coram Roſſanenſi tantum. & ambo, videlicet Thomas & Fabritius, cœperunt procedere coram Roſſanenſi. & Fabritius cœpit procedere coram Aquenſi dimiſſo Roſſanẽſi. & proceſſit per audientiam contradictarum & obtinuit ſententiam, de cuius validitate dubitabatur. & Rota die 14. Maij 1543. tenuit, ſententiam eſſe validam. Sed propter fraudem apparentem, voluit quod videretur negocium principale.

DECISIO XXII.

CVm quis conſtituiſſet procuratorem ad reſignandum beneficium de Villa Caſtrin. in fauorem Gomeſij, ac alia beneficia etiam in fauorem dicti Gomeſij, ſeu perſonę alterius nominandæ per procuratorem. & deinde fecerit alium procuratorem ad reſignandum omnia beneficia in fauorem Gomeſij prædicti, cum clauſula. citra. &c. & dubitaretur in cauſa Segobienſi de Villa Caſtrin. coram Fabio, die 30. Ianuarij 1545. Fuit reſolutum, quod cenſeretur mutata voluntas, non obſtante clauſula. citra. &c. ex quo ſecundum mandatum, erat quo ad omnia beneficia in fauorẽ d. Gomeſij. & clauſula. citra. operabatur quo ad dictum beneficium tantum. Conſtat enim, quod volebat vltimo loco omnia beneficia reſignare in fauorem Gomeſij, & non alterius.

DECISIO XXIII.

DOminus videtur ratificare poſſeſſionem captam nomine ſuo, dando mandatum ad

ad capiendum poſſeſſionem quorumcunque beneficiorum collatorum & conferendorum, etiam ſi ignorabat poſſeſſionem captã, ſed bene ſciebat collationem ſibi factam. adeo quod ſi ſpoliaretur dictus procurator, poſſet Dominus agere ſpolio. Vide infra de reſt. ſpol. Ita in cauſa Spoletana capellaniæ ſancti Leonardi, inter Bartholomeum Eraſmi, & Romillam Aquitanum, coram Auguſtino, 13. Aprilis 1548. Allegatur tex. in l. Iulianus qui ſatiſd. cog. Rot. 454. Doct. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandaui. de acq. hæred. Cur. conſ. 63. vbi de communi. Iaſ. d. l. Iulianus. Item, quod ſatis dicitur ſpeciale mandatum hoc caſu, licet non ſit facta mentio in ſpecie de iſto beneficio. Allegatur Bald. in l. vnica. C. de proc. Alex. conſ. 189. vol. 7. n. 7. Abb. in c. accedens. col. 2. de præben. Felin. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. col. 8. Caſſad. deciſ. 1. de procur. Quod autem non requiratur ſcientia. allegatur Alex. conſ. 146. in 3. col. vol. 5. & 112. eod. vol.

DECISIO XXIV.

MAndatum ad proſequendum gratiam expectatiuam, & acceptandum, licet poſtea mutetur diœceſis, extenditur. vt in cauſa * Segobienſi canonicatus, coram Reomano, inter Didacum de Gueuara, & Antonium de Aſtrudilla 11. Martij 1547. * deciſ. 11. lib. 3.

DECISIO XXV.

PRocurator ſubſtitutus in prima inſtantia apud acta cauſæ iuxta formulariũ, poteſt appellare, & proſequi in ſecunda inſtantia, etiam quod in forma huiuſmodi nihil dicatur in ſpecie de hoc. Ita in cauſa * Toletana matrimonij, coram Fabio, inter Comitẽ de Pugnoroſtro, & Beatricem, 20. Octobris 1542. In contrarium tamen allegabatur communis opinio Doct. c. 2. de iur. cal. lib. 6. & Doct. in c. pen. de proc. & Felin. in c. fraternitatis. de teſt. n. 1. & deciſ. 21. in nou. Et allegabatur deciſio in cauſa Bononienſi coram Mareſcoto. Sed fuit dictum quod hoc caſu Rota ſemper ita intellexit. * deciſ. 315. lib. 1.

DECISIO XXVI.

IN eadem * cauſa, 20. Nouembris 1542. fuit etiam tentum, quod iſte procurator ſubſtitutus, poſſet pcedere in negotio principali, quia aderat clauſula, ad faciendum taxari expenſas, & illas extorquendum. * deciſ. 366. lib. 1.

DECISIO XXVII.

PRocurator vſq; ad tertiam inſtantiam, an poſſit proſequi vlterius, vel procedi contra ipſum ad decretum exequutorialiũ, fuit reſolutum in quadam cauſa * Vlixbonenſi beneficij de Porros, coram Puteo inter Petrum Ludouicum, & Ioannem Vaſquez. Et puto deciſum quod poſſet. quia mandatũ cenſetur datũ ad connexa. Licet ex aduerſo allegarentur Doct. in l. properandum. de iud. quod dicitur finita inſtantia. * deciſ. 58. lib. 1.

DECISIO XXVIII.

MAndatum erat factum ab eo qui commiſerat cauſam contra Titium omneſque alios. &c. ad proſequendum, & pertractandum cauſam, & cauſas huiuſmodi, quæ vertitur, vertuntur, & verti ſperantur coram D. Fabio, inter ipſum conſtituentem ex vna, & Alphonſum de Camera, & Alphonſum de Azero, omneſque alios intereſſe putantes, de & ſuper pręſtimonio, rebuſque alijs. &c. ex altera, partibus, cum omnibus annexis. &c. & tam coram prædicto D. Fabio, quam alijs quibuſcunque iudicibus, ac in cauſa, & cauſis huiuſmodi comparẽdum. & cęt. Et ſtante dicto mandato, fuit dubitatũ in cauſa Zamorenſi præſtimonij de Malua, inter Ludouicum Arrio, & Cardinalem Burgenſem, an dictus procurator potuerit poſtea, per ſpeciale reſcriptum, committere cauſam contra D. Cardinalem. qui non erat comprehenſus in reſcripto ſub illa clauſula omneſque alios. &c. cum in mandato diceretur. in cauſa, & cauſis huiuſmodi. & ſic inter perſonas comprehenſas in cõmiſſione. & ſic in illa lite. Tamen Domini die 12. Octobris 1548. tenuerunt, mandatum extendi. Rationem puto fuiſſe, quia licet commiſſio non comprehenderet Cardinales, tamen mandatum bene comprehendebat. cũ quo ad hoc differant.

Qui Filij ſint legitimi.

DECISIO I.

COmes non poteſt ſine cauſa legitimare. Et non ſtatur ei de cauſa, ſed debet aliunde probari. Ita in cauſa * Bononienſi de Ferrarijs, 10. Decembris 1544. coram Tolomeo. * deciſ. 183. lib. 2.

DECISIO II.

COmes Palatinus, non habens ſpecialiter quod poſſit legitimare infantes, poteſt legitimare eos quo ad abſterſionem maculæ, non quod eos reducat in poteſtatem patris. Soc. conſ. 97. num. 24. & 25. & conſ. 154. vol. 2. Ita tentum eſt in cauſa * Bononienſi fideicommiſſi de Griſoribus, coram Reomano, 28. Ianuarij 1549. * deciſ. 203. lib. 3.

DE-

DECISIO III.

Fllius poteſt legitimari, etiam quòd non conſtet de certa matre, dumodo pater ipſum habuerit pro filio, & eum ita tractauerit, & nominauerit. Ita in cauſa * Parmenſi legitimationis, inter Gradaſſum de Cola, & Iacobum de Cola, 19. Februarij 1543. Allegatur Iaſ. conſ. 106. vol. 1. Abb. in c. Michael. ad fin. de fil. presb. Immo hoc etiam procedit in filijs expoſitis, quando pater agnouit eum pro filio, vt in caſu iſto habetur per Bal. in auth. ſi quâ illuſtris. ad S. C. Orfician. Nec obſtat Bart. in l. 1. ff. ad municip. & in l. quia ſemper. de in ius voc. quia loquitur in vulgo quæſitis, vel habentibus parentes incertos, & conſ. Dec. 343. & Bald. 377. loquitur quando pater nunquam agnouit, ſed auus: prout non obſtat tex. in c. per tuas. de prob. qui loquitur expreſſe de matre, quia caſus ita ibi contigit.

* deciſ. 415. lib. 1.

DECISIO IV.

LEgitimatio filiorum, facta per patrem, etiam extantibus filijs legitimis valet, eis non citatis, facta tamen mentione de eis, ea ratione, quia pater potuiſſet bona ſua proijcere in mari. Ita in cauſa * Rauennatenſi hæreditatis, coram Rauellenſi, 23. Ianuarij 1544. inter Vincentium, & Bartholomeum de Donatis. Allegatur Alex. conſ. 188. col. 3. vol. 5. In contrarium allegatur Dec. conſ. 393. & 307. Et dicebatur, quod in iſto priuilegio non erat clauſula, citatis & non citatis. Ideo concedens intellexit, quod, cauſa cognita procederet, vt dicit Dec. con. 425. col. 3. & d. conſ. 393. col. fin.

* deciſ. 89. lib. 2.

DECISIO V.

IN eadem * cauſa, 4. Februarij 1544. fuit tentum, quod licet in priuilegio non diceretur expreſſe, quod Comes poſſet legitimare exſtantibus alijs filijs, tamen poterat legitimare, ex quo in priuilegio erat clauſula, citra præiudicium aſcendentium & deſcendentium, & legitimę eius iure naturæ debitæ. Licet in contrariū allegaretur Bart. in l. generaliter. §. vxori. ff. de uſufruct. leg. & Alex. conſ. 106. vol. 5. col. 2. verſ. ſolum ergo reſtat vbi, quod exceptio non facit, regulam extendi ad ea, quæ exceptione non facta, non comprehendit. Item, quod ea quę ſunt Principi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, non cenſentur conceſſa, etiā ſi viderentur neceſſaria ad neceſſarium precedens, vt in c. prudentiam. §. ſexta. & ibi not. Abb. de off. deleg. Et ita limitatur regula, de eo qui vult conſequēs. vt per Doct. in l. 2. de iuriſd. om. iud. Item, quod non ampliatur diſpoſitio, vbi reſultaret abſurdum, vel iuris correctio, vt per Alex. dicto conſ. col. 3. Maxime, quia verbum præiudicij poſſet verificari in nepotibus.

* deciſ. 93. lib. 2.

DECISIO VI.

IN eadem * cauſa, 3. Martij 1544. tentum fuit quod ſufficiat pro cauſa, quod legitimatus ſit bonæ vitæ, conditionis, & famæ, morigeratus, & non diſſipator. Allegatur quod æquipararetur legitimatio adoptioni, vt per Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ad finem. ff. de lib. & poſthum. & ſufficit adoptatum eſſe talem. §. cum autem. inſt. de adopt. Item allegatur Anchar. conſ. 241. Dec. 276. col. pen. tex. in c. tali. 1. q. 7. Iaſ. in d. §. & quid ſi tantū. n. 68. Curt. Sen. conſ. 16. 64. & 74. Cor. con. 1. vol. 3.

* deciſ. 110. lib. 2.

DECISIO VII.

IN diſpenſatione, ſeu legitimatione, filij ſpurij, quæ propriè dicitur diſpenſatio, nō requiritur citatio agnatorum, cum præiudicium eorum non ſit conſiderabile. Licet quando requiritur cauſę cognitio, regulariter requiritur citatio; tamen non requiritur citatio, quando non agitur de præiudicio alicuius conſiderabili. Ita in cauſa Romana bonorum de Soderinis, coram Reomano, 9. Martij 1548.

DECISIO VIII.

CVm eſſet impetrata diſpenſatio in tertio gradu à quodam Commiſſario de cuius facultate dubitabatur. & ideo coniuges poſt ſuſceptam prolem petijſſent ſecum diſpenſari per Pœnitentiariam, & eſſent expeditæ litteræ in forma, in quibus mandabatur diſpenſari. & antequam procederetur ad illarum executionem, vnus ex coniugibus mortuus eſt, & ideo filius iſtis narratis, & quod ſemper fuit reputatus pro legitimo, & quod fuerat inſtitutus à patre, obtinuit alias litteras Pœnitentiariæ, in quibus mādabatur, vt vocatis vocandis, iudices declararent eum legitimum. Fuit dubitatum an eſſent validæ, & Rota, 22. Octobris 1546 coram Reomano, in cauſa * Tarraconenſi legitimationis, tenuit pro validitate.

* deciſ. 472. lib. 1.

De non alienandis Rebus Eccleſiæ.

DECISIO I.

STante prima inueſtitura ſolenniter facta, poteſt fieri ſecunda ſine ſolennitatibus. ſi vero non præcedat alia, tunc requi-

requiritur quod binus actus præcedat, cum tempore triginta annorum vel quadraginta. iuxta Curt. in tractat. feud. 2. par. q. 4. & 13. par. 1. quæſt. 2. col. num. 8. & Card. Alex. in c. 1. col. 9. qui feud. dar. poſſ. & & Paul. de Caſtr. conſ. 136. alias 189. 2. p. Ita in cauſa Bononienſi emphyteuſis, pro D. Aemilio de Blanchis, cõtra Priorem Sãcti Antonij, coram Mohedano, 20. Februarij 1540.

DECISIO II.

Citari debet, habens regreſſum in alienatione bonorum Eccleſiæ. Ita in cauſa
* In addit. ad decis. 411. lib. 2. * Bononienſi nullitatis locationis, inter Cardinalem Tranenſem, & Gaelottum Toſignanum, coram Fabio, 11. Ianuarij 1544. Sed valde dubito. puto bene, quod non præiudicet Cardinali, quin Albertus teneretur probare de euidenti vtilitate. cũ alias Prælato agenti incumbat probare læſionem.

DECISIO III.

Caducitas non cenſetur remiſſa ob receptionem penſionum, ſi non fuit petita renouatio. ſuppoſito quod recipiẽs ignorabat emphyteutam teneri ad illam petendam. & quod lapſum erat tempus petendi. Ita in cauſa Bononienſi bonorum de Bologninis, inter eos, & Cardinalem Campegium, coram Proſpero, 5. Decembris 1547.

DECISIO IV.

Abbas & Conuentus, poſſunt compromittere inter eos & alium, ſi monaſterium pleno iure ad Abbatem pertineat, nec habeat alium ſuperiorem. itaut habeat iuriſdictionem Epiſcopalem. Ita in cauſa Cæſaraugustana, coram Puteo, 5. Martij 1543. Facit tex. in c. ſtatuimus. & c. ex ore. de de priuil. gloſſ. communiter approbata, in c. 1. de reb. eccl. & in verb. proprie. Vide Dom. conſ. 96. quid dicat.

DECISIO V.

Dvm dubitaretur, in cauſa Melfienſi ſpolij, inter Cardinalem de Aquauiua, & Franciſcum Picti, an inſtrumentum locationis eſſet ſimoniacum, in quo erat locata Eccleſia cum omnibus bonis, ac facultate conferendi beneficia, Domini, 16. Maij 1546. proponente Puteo, fuerũt diuiſi. Sed inclinabant, quod ſi Franciſcus probaret, quod etiam ſine facultate conferendi beneficia, Eccleſia arrendata fuiſſet pro ſcutis 1200. prout ipſe ſoluebat, quod locatio teneret.

De Regreſsibus.

DECISIO I.

Secundus regreſſus, etiam de conſenſu, debet iuſtificari, quando fuit habita relatio ad priorem regreſſum. quia ſemper debet iuſtificari narratiua litterarum. Ita in cauſa Aſtoricenſi Sancti Briſſini, coram Puteo, 4. Maij 1547.

DECISIO II.

Stante Bulla reuocationis regreſſuum ſine conſenſu, fuit dubitatum quod non haberet locum, cum quidam reſignauit reſeruato ſibi regreſſu, & penſione. & procurator, qui habebat mandatum ad omnia, conſenſit tantum penſioni, & nihil dixit de regreſſu. Ratio fuit, quia ſatis eſt facto conſentire acceptando reſignationem, cum illa conditione. Ita in cauſa * Hiſpalenſi * decis. 359. lib. 2.
cantoriæ, coram Proſpero, 27. Ianuarij 1546. Et iterum, 1. Februarij eiuſdem anni.

DECISIO III.

Regreſſus non cenſetur ſuſpenſus per clauſulam cum ſuſpenſione quarumcunque gratiarum præuentiuarũ. &c. etiam ſi non ſit addita clauſula citra tamen acceſſus. &c. quia iſta ſuſpenſio reſpicit gratias mere præuentiuas non habentes cauſam de præterito. & clauſula præſeruatiua. citra acceſſus. &c. habetur pro appoſita, cum ſit ſolita apponi. Ita in cauſa * Hiſpalenſi cantoriæ, coram Proſpero, inter Didacum Vaſ- * decis. 391. lib. 2.
quez, & Ioannem de Medina.

DECISIO IV.

Regreſſum habens de conſenſu. non tenetur iuſtificare ius primæuum. vt in cauſa * Hiſpalenſi beneficij de Carmona, co- * decis. 147. lib. 1.
ram Mareſcoto, inter Dominicum Centurionem, & Ioannem Baptiſtam Pinellum. Idem in cauſa Legionenſi canonicatus, coram Puteo, inter Melchiorem Guttierez, & Ferdinandũ Gundiſalui, 19. Ianuarij 1547.

DECISIO V.

Narratiua Papæ ſufficit pro fundamento regreſſus. vt in cauſa Mutinenſi Hoſpitalis. vide ſequent.

DE-

DECISIO VI.

IN eadem, coram Proſpero, 9. Ianuarij 1545. tentum eſt, quod Ioannes Matthæus non dato de priori titulo, poſſet retinere Hoſpitale, virtute clauſulæ. quam litterarũ deſuper conficiendarum, quas vim validæ & efficacis prouiſionis, &c.

DECISIO VII.

REgreſſus dicitur ex cauſa oneroſa, etiam ſi quando reſignaui, fuit mihi data recompenſa. vt in cauſa * Mutinenſi Monaſterij, coram Sarnenſi, 20. Nouembris 1542.

* decis. 364. lib. 1.

DECISIO VIII.

REgula * Adriani, loquens in acceſſibus, non habet locum in regreſſibus. vt in dicta cauſa, * 15. Decembris 1542.

* Legendum forte Leonis.

* decis. 389. lib. 1.

DECISIO IX.

REgreſſus reſeruatus Cardinali ad beneficiũ minoris valoris 200. ducatorum eſt validus, ſi habet clauſulam, tam vigore præſentis, quam prioris tituli ſi prius habebat regreſſum de tempore Iulij II. ante Concilium, & illum ſuſpendit, & fuit reſeruatus ſecundo, conſentiendo reſignationi. Ita in cauſa Salamantina preſtimonij de Ornade, coram Puteo. inter Hieronymum de Ario, & Franciſcum de leon. Allegatur quod regreſſus antiquus videbatur extẽdi, & ampliari. quia extendebatur ad vacationem per aliam perſonam, & ſic non dicebatur gratia noua, ſed eadem. ideo gaudet eiſdem priuilegijs. Paul. de Caſtr. conſ. 389. ſi cõſideramus. in 1. vol. Ergo non fuit neceſſaria derogatio Concilij, cum reſeruatio prioris tituli nõ indigeat derogatione. Allegatur tex. in l. fin. C. de codicil. vbi licet ſit data per leges forma teſtamẽti in ſcriptis, ſi quis teſtetur prætermiſſa illa forma, cũ clauſula. quod valeat iure codicillorum, abſque derogatione alicuius legis. teſtamentũ valet vt codicillus. Item, facit dictum Bald. in c. 1. de feud. alien. vbi de clauſula. quod valeat iure antiqui feudi. & Alex. cõſ. 29. vol. 5. Itẽ facit Abb. in c. paſtoralis. col. 2. de appell. verſ. nota ſecundo. & not. Fel. in c. fin. de conſtit. col. 12. verſ. ſed declaratio. In contrariũ allegatur Caſſad. deciſ. 3. de præben. Vide ſupra de conſtit.

DECISIO X.

REſeruato regreſſu & acceſſu, ad beneficium reſignatum, per ceſſum vel deceſſum, amiſſionem vel dimiſſionem, cũ clauſula. etiam ipſa reſignatione nulla & inualida exiſtente. etiam quod reſignans nullum ius haberet, intrat acceſſus, ſi reſignatarius reperiatur inhabilis, ꝓpter regulã de idiomate, vel alias. Ita in cauſa Valentina de Pego, inter D. Ioannem Baptiſtam Baldaſſinum Aduocatum, & Martinum Calaforra, 15. Februarij 1544. corã Aquenſi. Multum enim ponderabantur, pro deciſione, illa verba: ac ipſa reſignatione nulla aut inualida exiſtente. In contrarium autem ponderabãtur alia verba. ac ſi non reſignaſſet. & quod Papa dat regreſſum per perſonam reſignatarij.

DECISIO XI.

COnſtabat de ſupplicatione reſignationis factæ per Cardinalem Farneſium, nunc Papam, in fauorem Alphonſi, cum reſeruatione regreſſus, & penſionis, licet non conſtaret de conſenſu formali. Item conſtabat quod dictus Cardinalis, cũ narratiua dicti regreſſus conſenſerat reſignationi factæ per D. Alphonſum in fauorem Bernardini, reſeruato ſibi ſecundo regreſſu. Fuit dictũ 11. Decembris 1540. coram Sarnenſi, ſecundum regreſſum, tanquam fundatũ in primo, non valere. Et licet diceretur conſtare de porrectione ſupplicationis primi regreſſus, & ratificatione, tamen quia propter penſionem requirebatur conſenſus formalis, tentum eſt, non valere primum nec ſecundum regreſſum inter Petrũ. Gomez Viluede, & Alphonſum de Segura.

DECISIO XII.

REgreſſus ſine conſenſu, reſeruatus ſuper reformatione, quæ erat facta poſt reſignationem, ante tamen conſenſum præſtitum, cum ſupplicatio reſignationis eſſet die 16. & reformatio die 17. & poſtea die 21. eſſet præſtitus conſenſus, fuit declaratus nullus. in cauſa Sorana Prioratus, coram Aquenſi, inter Iacobum Bruſcum, & Epiſcopum Soranum, 4. Februarij 1540. Eo maxime, quia Iacobus qui ſe fundabat in regreſſu, habuerat recompenſam, non obſtante etiam, quod Iacobus prætẽdebat, reſignatarium, poſtea habuiſſe notitiam talis regreſſus, & non reclamaſſet.

De Re iudicata.

DECISIO I.

SEntentia, etiam ſi non ſit lecta, ſed dicatur lata, & publicata, eſt bona. iuxta deciſ. Caſſad. 4. de dol. Ita 16. Decembris 1545. in cauſa

* Decil. 14. lib. 2. ſa * Brixienſi matrimonij, coram Aquenſi. Sententia enim debet legi. l. 2. l. fin. C. de ſent. ex pericul. rec. c. fin. de re. iud. in 6. Lectio enim non prçſumitur. Felin. in c. quoniam contra. de prob. col. 12. verſ. ſuperflue quæritur. Nec ſufficit ſi dicatur, data, lata. Bart. in d. l. 2. de ſen. ex pericul. recit. Ang. in l. quæcunquæ. §. fin. ff. de publ. niſi dicatur, lata, & ſimiliter promulgata. licet, quo ad hoc, contrariũ teneat Bald. in c. cum in iure peritus. de off. deleg. col. final. in fin. & in l. 1. col. 6. C. de fide. inſtr. & haſt. fiſcal. lib. 10. Pet. de Belu. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Ponderatur tamen cedula, dum dicit. in his ſcriptis pronunciamus. vt per Bald. in l. fin. C. de ſent. ex peric. recit. Facit l. ait pretor. §. ſi iudex. ff. de re. iud. & Bald. in l. fideicommiſſa. §. quoties. in princ. de leg. 3.

DECISIO II.

LAtis tribus ſententijs pro legatarijs, contra hæredem, quod ipſe teneatur ad legatum, poteſt hæres dicere eſſe detrahendam falcidiam. nec per hoc dicitur, contrauenire ſententijs. vt in cauſa Brixienſi exceſſiuitatis legati, coram Sarnenſi 6. Nouembris 1542. præſertim obtenta reſtitutione in integrum. Licet. l. is. à quo. de re iud. non videatur loqui in ſuſpecto, de lapidatione, tamen domini tenuerunt cauendum eſſe cum fideiuſſoribus. Ita in cau-
* deciſ. 327. lib. 1. ſa * Carthaginenſi beneficiorum, coram Fabio, 9. Octobris 1542.

DECISIO III.

SEntentia non præiudicat tertio ſcienti, venienti ex diuerſo iure, & non valenti
* Deciſ. 365. lib. 1. prohibere. Ita in cauſa * Carthaginenſi beneficiorum, coram Aquenſi, 20. Nouembris 1542. Allegatur l. ſæpe. de re iud. in fin. & ibi Alex. col. 3. verſ. ex quibus. & verſ. hoc idem voluit Bald.

DECISIO IV.

FIdes copiſtæ, de petitione apoſtolorum, poſt duos menſes, quæ non eſt in libro, & ipſe nõ erat amplius copiſta in illo officio, non ſuffragatur. Ita in cauſa Cæſarauguſtana cabimentorum, coram Proſpero, 14. Octobris 1547. Fuit tamen dictum, quod ſi doceretur de bono iure, deberet audiri, 20. Octobris 1547.

DECISIO V.

QVuatuor menſes, qui dantur condemnatis ad ſoluendum, dari debent quando intimantur ſtabilimenta Religionis Hieroſolymitanæ, de ſoluendis annatis. & ante non poteſt quis incurrere pœnas rebellionis, de quibus in ipſis ſtabilimentis. Et not. in l. ſi debitori. de re iud. loquuntur, quando cautio eſſet petita. alias non eſt danda. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana de Villel, coram Puteo, 14. Maij 1548. * deciſ. 121. lib. 3.

DECISIO VI.

QVando ſunt plures iudices, ſententia debet legi per omnes, vel per vnum alijs præſentibus, volentibus, & mãdantibus. vt per Peruſ. in c. ab vno. de re iud. in 6. Ideo cum non conſtaret de conſenſu aliorũ, Rota habuit ſententiam pro nulla. Ita in cauſa Conimbrigenſi de Ioruam, coram Fabio, 15. Iunij 1545.

DECISIO VIII.

COndemnatio in fructibus, pro habente breue de percipiendis fructibus in abſentia, eſt facienda non ſimpliciter à data breuis, ſed de non diſtributis. iuxta conſ. Oldr. 56. Ita in cauſa Conchenſi diſtributionũ, corã Mareſcoto, 12. Ianuarij 1543. inter Capitulum, & Conſtantinum del Caſtello.

DECISIO VIII.

LIcet poſt oppoſitas exceptiones nullitatis penſionis, fuerit præfixus terminus ad docendum de illis, & Auditor Cam. proceſſit ad declarationem ob nõ ſolutionem, & fuit appellatum facta ſolutione metu cenſurarum, & appellatio fuit deſerta ob non proſequutionem, non eſt præcluſa via penſionario, quin poſſit de nouo dicere de nullitate. nec ſententia declaratoria poteſt dici tranſiuiſſe in rem iudicatam quo ad hoc. præſertim, cum exceptiones nullitatis eſſent diuerſæ ab his, quæ prius opponebãtur. Ita in cauſa Hiſpalenſi penſionis, coram Puteo, 6. Nouembris 1545. inter Alphonſum Aluarez, & Didacum Veſga.

DECISIO IX.

SEntentia lata contra hæredem, non præiudicat fideicommiſſario, nõ citato ſaltem per proclama. Item, ſententia huiuſmodi valet. Ita tentum fuit, 28. Nouembris 1547. & iterum * 23. Ianuarij 1548. in * deciſ. 91. lib. 3.
cauſa Nouarienſi bonorum, coram Puteo. Allegatur Iaſ. in l. decem. de verb. oblig. col. 11. & in l. nequicquam. §. vbi decretum. col. 7. de off. proc. Felin. in c. fin. de maior. & obed. Capic. deciſ. 107. Loffred. conſ. 10. Crot. in §. diui. Sed aduerte, quod licet ſententia non præiudicet, & ſit valida,

tamen

tamen debet appellari à die notitiæ, prout ſi recte memini tenent Doct. in d. §. diui, & Dec. conſ. 445. Et ideo 7. Maij 1548. tentum fuit, quod licet fuerit agitatum hoc iudiciū contra Eliſam, quæ erat etiam mater & tutrix fideicommiſſarij, ſeu ſubſtituti, non inferebatur quod filius habuerit notitiā. nec iudicium erat agitatum contra matrem vti tutricem.

DECISIO X.

MElioramentorū liquidatio impedit exequutionem, etiamſi ſit in Curia præfixus terminus ad liquidādum. nec eſt tunc locus cautioni. l. ſi is à quo. de rei vend. Hoc tamē procedit ſi non ſunt penitus illiquida, ſed aliqualiter conſtat de illis. & tunc datur etiam dilatio ad partes, & quod eligantur periti. Secus ſi eſſent penitus illiquida. quia tunc eſſet locus dictæ cautioni. Ita in cauſa * Parmenſi Vallium, coram Puteo, 11. Octobris 1546. Pro deciſione allegatur Capyc. deciſ. 17. Sed ex aduerſo allegantur Doct. in l. 4. §. ait prætor. de re iud. & ibi Alex.

* deciſ. 461. lib. 2.

DECISIO XI.

REi iudicatæ cenſetur renunciatum ſi quis paſſus ſit procedi ad vlteriora, nō repetita proteſtatione in quolibet actu. vt requirit Alex. in §. morte. col. 4. contra Rub. Alexandr. qui ibi dicit communem in contrariū. Ita in cauſa * Placentina caſtri Sarmati, inter Scottos, coram Tolomeo, 26. Ianuarij 1545. quod quis videatur renunciare. Allegatur Iaſ. in l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. col. 5. & Doct. in c. cum Bertoldus. de re iud.

* Deciſ. 813. lib. 2.

DECISIO XII.

QVando ſunt plures qui agunt, licet exequutio non poſſit fieri, tamen non poteſt impediri quin feratur ſententia, ſi cauſa eſt inſtructa pro vna. iux. deciſ. Biſig. 4. de iud. Ita in cauſa * Placentina canonicatus, coram Reomano, inter Ioannem Solano, & Franciſcum, ac Antonium Diaz, 10. Ianuarij 1547.

* deciſ. 501. lib. 2.

DECISIO XIII.

SEntentia admiſſionis ad c. peruenit. cum clauſula. conſtituto prius procuratore ad beneplacitum creditorum irreuocabili, cum iuramento. fuit tentum quod eſſet iuſta. & quod non eſſet nulla, neque iniqua. Ita in cauſa * Romana pecuniaria, coram Tolomeo, inter Antonium de Barros, & Alexandrum Detti, 6. Nouembris 1542. Allegatur Bart. in l. iudex poſtquam. C. de ſentent. & interloq. Vbi quod valet ſententia lata ſub conditione quæ poteſt ſtatim adimpleri.

* Vide 184. deciſ. lib. 1.

DECISIO XIV.

QVando ſententia eſt æqua, licet ſit alias nulla, non debet infirmari. vt per Alex. conſ. 73. & 81. vol. 6.

DECISIO XV.

SEntentia nocet tertio, qui appellauit ab ea. quia in veritate agebatur de eius præiudicio. quia ipſe habebat inferius molendinum, & ſentētia erat lata ſuper duobus molendinis ſuperioribus. Ita in cauſa Spoletana decurſus aquarum, coram Raynaldo. in qua voluerunt, rem iudicatam nocere huic tertio, qui non fuit proſequutus poſtea appellationem. propter notata in c. quamuis. de re iud.

DECISIO XVI.

CVm eſſet facta exequutio in cauſa Tiburtina caſtri, pro D. Iacobo Zambeccario, in bonis illorum de Arſolis, vigore motus proprij, in quo mandabatur fieri exequutio in caſtro ſi aliunde ſatisfieri non poſſit, vel non ſatisfiat, & dubitaretur de validitate, quia non fuit facta diſcuſſio, nec ſubhaſtatio, vt à iure requiritur, & debeant primo capi mobilia, die 13. Martij 1545. coram Ioanne Paulo, * fuit reſolutum, quod illa datio in ſolutum, facta per R. P. D. Caſſad. virtute dicti motus proprij, non procedente deliberatione vel ſubhaſtatione, fieri nō potuiſſet. vt dicit Salic. in l. ordo. C. de exequu. rei iud. & ideo talis immiſſio non cauſabat vt fructus eſſent Hieronymi auctoris D. Iacobi. Tamen deinde die 23. Maij fuit reſolutum pro validitate adiudicationis. ex quo non conſtabat de læſione, immo conſtabat de contrario. & quod in veritate non extabant alia bona, ſed fiebat fundamentum in ſtatuto, quod de nullitate poſt annum agi non poſſit. & motus proprius habebat clauſulas, quæ dabant, quod procederetur multum late.

* deciſ. 246 lib. 2.

Poſtea cum eſſet datum dubiū, an ſi exequutio non eſſet facta iuxta motum proprium, ſit nulla, vel iniuſta, & an propter alternatiuam dicatur facta iuxta motum proprium. Rota tenuit die 23. Octobris, quod non erat differentia inter exequutorem, & iudicem ordinarium. & ideo quod iura allegata ad probandum, quod quando exequutio fit per exequutorem non ſeruata forma, ſit nulla, erāt contra communē. Nam allegatur Alexan. conſ. 5. col. fin. vol. 2. verſ. non obſtat ſi dicatur. & Afflict. deciſ. 358.

in princ. Item dicebatur, reſcriptum dare iuriſdictionem conditionalem. ideo factum in contrarium eſt nullũ. Soc.conſ.97.col.7. vol.3. Item, allegatur Abb. in c.cũ dilecto. de reſcr.in 6.col.& gloſſ.in verbo. iuris ordinem. Abb.conſ.3.vol.2.col.1. Item, die 26. Octobris tentum fuit quod non referebat, etiam quod exequutio eſſet facta eodẽ die, quo fuit præſentatus motus proprius, etiam parte non citata. per not.per Bar.in l.à diuo Pio.§.in vẽditione. de re iud. Die tamen 16.Martij fuit reſolutum, quod ſubhaſtatio eſſet neceſſaria.iux.deciſ.Affl.358. & dicebatur,eam non præſumi.& quod allegata in contrarium procedebant in extraiudicialibus.per not.per Fel. in c. quoniam contra. vbi ſi citatio non reperitur in actis non præſumitur. Et ad dictum Salic.in l.ordo.C.de exec.rei iud.fuit dictum, quod loquitur in venditione . & ſic, vel requiritur ſubhaſtatio, vel venditio. quod in caſu noſtro non interuenerat. vt probatur in l. à diuo Pio. §. pignora.Fuit tamen dictum, quod,quia ſubhaſtatio erat inuenta ad euitandas fraudes, quod ſi poterat probari quod tempore dationis in ſolutum, etiam per ſubhaſtationem, res non valuiſſet pluſquam pro eo,pro quo adiudicata fuit,quod poſſet ſuſtineri datio in ſolutum. per vltimum fundamentum D. Antonij Gabrielis dicentis, quod quando nõ fuit ſeruatus ordo,ſi victus non appellauit, exequutio non eſt nulla.contra formam d.§.in venditione. vt dicit ibi Bart.col. fin. verſ.quæro,hic dicitur.Io.And.& Ant.in c.quoniam frequẽter. vt lit.non conteſt.§.fin.Bal.in auth.ſed hodie. C.de act.& obl.& in l.1.C.ſi vendit. pign.& Abb.in c.quo ad conſultationem.de re iud.Andr.de Iſern.ſuper conſt.reg.tit.de dilat.& excep. Nec obſtat,quod ſit datum pro forma. quia quando forma reſpicit effectum,ſufficit eam ſeruare per æquipollẽs. Bald.in l.ſi quis mihi bona. §.ſi mandauit. ff.de acq.hær.Bar.in l.Gallus.& in l. ſi mater.C.de inſt.& ſubſt.

DECISIO XVII.

SEntentia condẽnans in 600.ex diuerſis tertiarijs,non dicitur continere diuerſa capitula. ideo non valet in 500.nam licet deberentur 600.tamen in monitorio,quod ſuccedit loco libelli,erat tãtum dictum de 500. & vltra, & ſententia condemnabat in 600. Ita in cauſa * Turritana tertiariæ,coram Puteo,inter Archiepiſcopum Turritanum, & Ioannem Silanis, 18.Iunij 1542.Dicebatur eſſe caſus in l.ſcire debemus.de verbor. oblig.& per Fel. in c.paſtoralis.de reſcr.gl. in l.etiã.§.1.in verb.audiẽdus.ff.de min.Iaſ. in l.ſi ſeruus plurium.ff.de leg.1. & in l.petens.C.de pact. & in conſ.187.col.7.vol.2. verſ.ſeptimo.

* deciſ. 315. lib.1.

De Regularibus, & materijs Religioſorum.

DECISIO I.

SOLA nominatio cum habitu S.Antonij,non infert profeſſionem.Ita in cauſa * Callaritana canonicatus, corã Marſicano,13.Maij 1541.Tamen aduertendum eſt,quod iſte non portauerat habitum in religione,ſed extra.vt põderat Collect.in c.vt clerici. de regular.vbi eſt materia.& in c.ex parte.ibid.Alexand. in c.quod interrogaſti.in fin.27.diſt.

* deciſ. 131.lib.2.

DECISIO II.

LIcet electus ad beneficiũ regulare manuale,non poſſit amoueri ſine cauſa poſt confirmationem Papæ,per multa de quibus per Fel.in c.conſtitutus.de reſc.tamen cũ cauſa poteſt amoueri. Si tamẽ fuit expulſus de facto per Capitulũ,nec cõſtet de cauſa, põt petere ſe reſtitui ad ſtatũ.Ita in cauſa Cęſaraauguſtana ſpolij, corã Fabio, 14. Octobris 1547.

DECISIO III.

ABbas non poteſt eligi ille, qui illo die habitũ aſſumpſit.per c.officij. de elect.Vbi qui non nouit eſſe diſcipulus,non poteſt eſſe magiſter. Ita in cauſa * Melitenſi Abbatiæ, coram Fabio,inter Cardinalem Pariſium,& Iulium Violentinum,23.Martij 1545.

* deciſ. 254. lib.2.

De Regulis in genere.

DECISIO I.

REGVLA quod Nũcij non vtantur facultatibus, niſi in prouincia, procedit etiã in Nuncio Hiſpaniarũ.Ita in cauſa * Legionenſi & Zamorenſi beneficiorum,corã Puteo, 20. Octobris 1546.

* deciſ. 467.lib. 2.

DECISIO II.

REgula prædicta, quod Nuncij,non habẽt locum ſtante vltimo breui . cum Nũcius deſtinatus ad Cæſarem, poſſit conferre in Leodienſi diœceſi. quia dicit,ex tota Germania.Ita in cauſa Leodienſi canonicatus, coram Nouato, 28. Nouembris 1548.

DECISIO III.

REgula reſeruatoria beneficiorũ Cubiculariorum,non capit beneficia Cubiculariorum extra muros. vt ſupra de præben.

DE-

DECISIO IV.

REgula quod minores 14. annorum, habet locum etiam in prouiſionibus Ordinariorum. vt in cauſa Mediolanenſi canonicatus, coram Puteo, 16. Octobris 1542. inter Ioannem Baptiſtam de Puteo, & Scipionem de Bracellis.

DECISIO V.

REgula contra litteras fraudulēter expeditas, habet locū etiam ſi quis non expreſſit valorem expreſſum in libris taxæ, prout in illis in quibus erant 66. ÷ tamen fuerunt expreſſi duc. 200. Ita in cauſa * Oppidenſi Monaſteriorum, corā Puteo, 6. Martij 1545.

* deciſ. 938. lib. 2.

DECISIO VI.

REgula de extendendis conſenſibus infra quindecim dies, habet locum non obſtā-te, quod clerici Cameræ, etiam parte citata mandauerint extendi conſenſum. quia habet decretum irritans. & iā erat ius quęſitum parti. Ita de menſe Iunij 1546. corā Puteo, in Oſcenſi canonicatus, inter Antonium Calaſan, & Antonium Amol.

DECISIO VII.

REgula, quod proceſſus debeant ſubſcribi per Datarium, ſi nomina illorum nō ſint deſcripta in rotulo, non inficit proceſſus illorum qui ſunt in rotulo ſub nomine collegij. cum in rotulo ſint collegia officialium, ſed nō deſcripta nomina perſonarum ipſorum officialium. Ita in cauſa Oſcenſi Archidiaconatus, coram Puteo, 30. Maij 1541. pro D. Thoma Fort.

DECISIO VIII.

REgula Pauli de beneficijs ſpectantibus ad inſtitutionem, fol. 71. non procedit, niſi in beneficijs præſentatiuis. Ita in cauſa * Paduāna canonicatus, coram Reomano, 18. Iunij 1548. inter Andream Acceronum, & Ioannem Franciſcum Monticulo.

* deciſ. 840. lib. 3.

DECISIO IX.

IN eadem cauſa tentum eſt, quod dās de regula, quod in mutationibus collationum debeat præſtari & extendi conſenſus infra tres dies, debet probare, conſenſum nō fuiſſę extenſum infra tēpus, ex quo alter habebat ſuas litteras expeditaſ, 22. Martij 1549.

DECISIO X.

REgulæ de extendendis conſenſibus nō dicitur ſatisfactum, licet conſenſus eſſet extenſus in brogliardo. quia ille non dicitur de libris Cameræ, vt requirit Regula. Ita in cauſa Placētina parochialis S. Mariæ Spronorū, corā Proſpero 13. Februarij 1543. inter Paulū de Ruſcis, & Philippū de Puteo.

DECISIO XI.

REgula, quod requiratur cōſenſus in mutatione collationis. vide ſupr. de cōc. pręb.

DECISIO XII.

REgula reuocatoria indultorum, quo ad beneficia ad collationem inferiorū, capit etiam dignitates in collegiatis, quæ per reſeruationem ſpectant ad collationem Papæ. qui non eſt inferior, ſed ſupremus. vt ſupra de priu. In cauſa Taurinēſi propoſiturę.

DECISIO XIII.

REgula præfata non habet locum, quando eſt diuiſa collatio inter Epiſcopum & Capitulum. Ita vt in mēſe alterius, fiat collatio perſonę nominandæ. vt in cauſa Tiraſonenſi canonicatus. ſupra de priuilegijs.

DECISIO XIV.

REgula reuocatoria gratiarum conceſſarū in caſtello, non habet locum, quo ad gratiam factā Gulielmo Caſſador. de derogatione regulæ de viginti, in reſignatione facta in fauorem ſui nepotis. tum quia familiares Papę ſunt exceptuati. tum quia intelligitur de gratijs factis intuitu Cardinalis de Columna, & Hiſpanorum. Ita in cauſa Salamantina parochialis de Guadamero, coram Marco Antonio.

DECISIO XV.

REgula expectiuarum, non habet locum ante fulminationē proceſſus. vt ſupra de conceſſ. præben.

Regula de Valore.

DECISIO I.

REgula iſta nō habet locum, ſi expreſſum ſit de 24. & fructus aſcendāt ad 50. ſi quis reſideat in ciuitate, etiāſi non deſeruiat in Eccleſia. ex quo, ad hoc vt habeat locum regula, oportet fructus excedere 24. etiam quo ad abſentes. cū fructus cōſiderentur. prout in portatis. Ita in cauſa * Barchinonēſi canonicatus, de mēſe Iulij 1546. coram Rauellenſi.

* deciſ. 455. lib. 2.

DECISIO II.

REgula iſta non habet locum in beneficijs commendatis. vt ſenſerunt Domini in

* deciſ. 246. lib. 3. cauſa * Cæſaraugustana de Villel, corã Puteo, 13. Maij 1549. approbando deciſionem Sarn. q. 7. huius regulæ. Tamen poſtea 24. Maij 1549. tentum eſt, quæſtionem Sarnenſis procedere in commẽda temporali. & nihilominus, quod etiam erat probandus valor ad tollendam ſubreptionem. iuxta conſ. Anchar. 138. & Fel. in c. ad aures. n. 24. ver. quartus caſus. Dicebatur tamen, quod expreſſio eorum quæ non ſunt neceſſaria, non vitiat. vt per Fel. in c. cum ordinem. de reſcript. & Rota 69. Aegid. 4. Caſſador. 12. de præben. n. 15. Sed hoc non fuit habitum pro releuante. quia etiam pro beneficijs commendatis, ſoluitur annata.

DECISIO III.

FRuctus diuidi poſſunt ſi narraui vnum beneficiũ non excedere quinquagintaquinque, & aliud non excedere vigintiquatuor, poſſum exprimere vnum valere 60. & aliud decem non excedere. ſtante tamen clauſula fructus minuendi, vel diminuendi, vſque ad
* deciſ. 253. lib. 2. verum valorem. Ita in cauſa * Fulginatenſi prioratus, coram Puteo, 20. Maij 1545. Fuit tamen dictum, quod non poterant exprimi vltra 79.

DECISIO IV.

MInor vigintiquinque annis non excuſatur, ſi non expreſſit verum valorem, deceptus ob ſolutionem & taxationem decimarum, illis nõ computatis. iux. extrau. volentem, quod beneficium cẽſeatur duplicati valoris. Et hoc maxime, quia iſte erat poſſeſſor, & agebatur de lucro, quod multum cõſiderant Doct. in c. ex parte. de reſt. ſpol. Ita
* deciſ. 9. lib. 3. in cauſa * Fulginatenſi prioratus, 11. Februarij 1547. coram Puteo.

DECISIO V.

IN valore quo ad expeditionem litterarum non ſunt detrahenda cambia. Ita in cauſa
* deciſ. 210. lib. 3. * Segobienſi de villa Caſtrin, coram Auguſtino, 8. Februarij 1549. Allegatur, quod debet attendi valor loci beneficij. vt per Aegid. deciſ. 2. & Oldr. conſ. 168. in 3. q. Sarn. q. 3. de valor. qui allegat deciſ. 64. de reſcr. Sed quia Sarn. d. q. 3. dicit, quod valor cõſideratur vt in portatis. reſponsũ fuit ꝑ Aduocatũ, quod Sarn. præſuppoñit regulã dicere, ſecundum communem æſtimationem Curiæ, quod non eſt verum. Item fuit reſpõſum, quod dato quod regula ita intelligatur, tamen intelligitur habita ratione, quantum daretur bancherio in partibus, vt trãſmitteret Romam, nõ quantum daretur Romæ, vt ſolueretur in partibus.

Regula de menſe.

DECISIO I.

IN noua prouiſione facienda, eſt mentio de menſe. Ita in cauſa * Conchẽſi canonicatus, coram Maceratenſi, 4. Maij 1543. Facit deciſ. 24. de reſcr. in no. Rom. cõſ. 362. Gem. 128. Sar. q. 18. de annali. * vide deciſ. 438. lib. 1. & deciſ. 165. lib. 2.

DECISIO II.

IN eadem cauſa deinde coram Proſpero, 16. Nouembris 1543. tres ex Dominis tenuerunt, quod de menſe Ordinarij non eſſet facienda mentio. duo vero, quod eſſet facienda. Ratio negatiuę eſt, quia verba regulæ dicunt primo de octo menſibus reſeruatis, & poſtea ſequitur, quod de beneficijs tunc vacantibus, & ſi in octo menſibus debeat fieri mentio. Ex aduerſo vero dicebatur, regulam potius reſpicere fauorem Ordinariorum, quam Papæ.

DECISIO III.

MEntio debet etiam fieri de menſe in noua prouiſione, impetrata poſt reſignationem factam in manibus Ordinarij, licet regula videatur excipere caſum reſignationis. nam dicebatur reſolutam reſignationẽ, quia obierat infra 20. dies. Ita in cauſa * * deciſ. 165. lib. 2.
Salamantina de Villoria, corã Sancta Cruce, 27. Octobris 1544.

DECISIO IV.

PRouiſio quæ capit beneficium per clauſulas generales, & non per obitum, vel modum expreſſum, non eſt bona niſi exprimatur menſis. Ita 28. Iunij 1546. & 18. Martij 1547. reſolutum fuit, quod etiamſi beneficium vacaret tantum de iure, & non de facto, erat locus regulæ, propter eius generalitatem. Sed fuit dictum & tẽtum poſtea 23. eiuſdem, non eſſe neceſſarium fieri mentionẽ in beneficijs reſeruatis. Ita in cauſa Lucana præpoſituræ, coram Rauellenſi.

Regula de publicandis reſignationibus, & acceptationibus.

DECISIO I.

GRATIA. ſi neutri. impetrata pendẽte termino ad publicandũ acceptationem, non eſt bona, non obſtante conſ. Gem. 79. & Rom. 483. quia requiritur, quod beneficium vacet tempore datæ. Ita in cauſa Aretina parochialis, coram Tolomeo, 11. Iulij 1540.

DE-

DECISIO II.

CArdinales comprehenduntur ſub iſta regula. vt in cauſa * Concheuſi Archidiaconatus de Alarcon, coram Marſicano, 14. Nouembris 1541.

* deciſ. 149. lib. 1.

DECISIO III.

PVblicatio acceptationis nõ inducitur per poſſeſſionem nulliter, ſeu non capitulariter captã. nec ex eo, quod lis ſit mota infra tres menſes, ad inſtãtiam illius qui tenebatur publicare. Ita in cauſa Leodiẽſi canonicatus, coram Proſpero, 26. Februarij 1546. Allegatur Abb. conſ. 99. lib. 1. Rom. conſ. 75. In contrarium allegatur Sar. q. 9. de publ.

DECISIO IV.

REgula de publicandis reſignationibus, & eius declaratoria, non habet locum in reſignante, cuius conſenſus fuit præſtitus poſt mortem. Ita 27. Maij 1547. in cauſa * Segobienſi de villa Caſtrin. inter Andreã Vela, & Bernardũ Quiros, corã Reomano. Primo, quia reſignatio non poterat publicari ante conſenſum. & qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto. Item, declaratoria loquitur de reſignatione data, & habente conſenſum præſtitum. Item, regula debet intelligi in caſu poſſibili. Item, quia tempus aſſignatum reſpectu certæ cauſæ, non currit niſi præcedat exiſtentia cauſæ. ad l. tale. ff. de iur. dot. Iaſ. in l. ſi cui. de leg. 1. Itẽ, tempus nõ currit niſi poſt aditam hæreditatem. l. fin. C. de iur. delib. & gloſ. ibi in verbo. delatam. Item dicebatur per Aduocatos, quod regula non procedit, quando reſignatio fit per procuratorem. Item, quod non procedit, quando fit in fauorem abſentis, & ignorantis, qui videtur non eſſe in mora.

* deciſ. 42. lib. 3.

DECISIO V.

REgula de publicãdis acceptationibus reuocata ante finem trium menſium, quis amplius non tenetur publicare. & in ſimili dicitur in regula de publicandis. q. 6. & in reg. de infir. 32. per Sarn. Ita in cauſa * Leodienſi, 1. Martij 1546.

* deciſ. 195. lib. 2.

DECISIO VI.

REgula de publicandis reſignationibus, nõ habet locum in illis quæ fiunt ex cauſa permutationis. Ita in cauſa Segobienſi Archidiaconatus, coram Marſicano, 28. Iunij 1540. inter Petrum Ferdinandi, & Franciſcum de Miranda. Poſtea fuit edita regula, quod haberet locum.

Regula de Vacantibus per obitum familiarium.

DECISIO I.

REGVLA iſta requirit conſenſum expreſſum, & non ſufficit tacitus. vt per Sar. q. 11. eiuſdem regulæ. quem Domini ſequuti ſunt in cauſa Segobienſi beneficiorum, corã Auguſtino, 4. Iunij 1548. inter Ferdinandum Solier, & Gundiſaluum Perez.

Regula de iure quæſito.

DECISIO I.

IVS conſiderabile dicitur, quãdo Doctor virtute priuilegiorum ſe opponit ad electionem canonicatus doctoralis. adeo quod non intret noua prouiſio in qua eſt clauſula: quatenus non ſit alteri ius quæſitum. & ita ſentit Sarnen. in quæſt. . . . dict. regulæ, dum dicit. niſi ex conſtitutione, vel conſuetudine. Et ita tentum in cauſa * Burgenſi canonicatus doctoralis, coram Reomano, 20. Maij 1549. inter Andream Mendez, & Petrum Puente.

* deciſ. 152. lib. 1.

DECISIO II.

IVS quæſitum ex collatione Capituli, licet collatio eſſet communis inter Epiſcopum & Capitulum, eſt conſiderabile, ſi Epiſcopus alteri non contulit. vt ſupra de præben.

DECISIO III.

IVs quæſitum conſiderabile eſſe dicitur proximiori ſe opponenti, quando teſtator voluit præſentari debere proximiorem, & Epiſcopus confirmauit. præſertim in caſu iſto: in quo poſtea fuit pronunciatum per Ordinarium in fauorem proximioris. Ita fuit tẽtũ in cauſa Oxomenſi capellaniæ de Seron, coram Raynaldo, inter Ioannem Garſiæ & Alphonſum de Soria. & tentum eſt, gratiam perinde valere, non facta mentione de tali iure quæſito, eſſe nullam. quia non agebatur de præiudicio dilatiuo tãtum, ſed de præiudicio perpetuo. Et ratio dubitãdi fuit, quia videbatur quod beneficium non eſſet debitum illi: quia teſtator non poteſt dare ius alicui, ſed requiritur præſentatio, & poſtea inſtitutio. Tamen Rota multum conſiderauit confirmationem Epiſcopi.

DECISIO IIII.

IVs debet eſſe quæſitum radicitus, & incorporatum eſſe, vt ſit locus regulæ. iuxta

not. per Alex. in l. non amplius. §. fin. ff. de leg. 1. Ita in cauſa * Placentina canonicatus, coram Thoma, 20. Aprilis 1545. inter Ioannem Solano, & Garſiam de Caruajal. vbi non obſtante ſtatuto Eccleſiæ Placentinæ, quod portionarijs conferantur canonicatus cum vacauerint, Papa conceſſerat priuilegium ſcriptoribus Apoſtolicis, cum ampla derogatione. Fuit tamen tentum * 27. Febr. 1545. coram eodem, quod erat quæſitum tale ius, quod de illo erat facienda mentio in expectatiua. per gloſſ. in c. cum in Eccleſia. de præben. in 6. Idem etiam tentum fuit in cauſa Placentina, prætenſæ denegationis fructuum, coram Tolomeo, 13. Nouembris 1545. inter Portionarios dictæ Eccleſiæ, & & Ferdinandum Brauo. Allegatur vltra Alex. Calc. conſ. 7. & Sar. q. 1. nu. 12. ſuper iſta regula.

* decis. 157. lib. 2.

* decis. 229. lib. 2.

DECISIO V.

PRæiudicium conſiderabile habitum fuit creatio nouorum canonicorum, qui haberent locum in choro, & vocem in Capitulo, etiam quod non participarent de diſtributionibus. quia habebant votum in his, in quibus tractabatur de gubernio bonorum Eccleſiæ: & erant nouem Canonici creati, & alij boni & veri, erant quinque tantum. Ita in cauſa * Placentina denegationis poſſeſſionis, corā Reomano, 7. Februarij 1547. inter capitulum, & Canonicos, & intereſſe putantes. Allegantur not. in c. mandatum. il 2. & in c. Capitulum. de reſcr. Rota 25. de præben. Sed caue, quia in eadem * cauſa deinde 26. Nouembris 1548. coram Puteo, tentum fuit contrarium. Et allegatur Innocent. in terminis. in c. mandatum. col. 2. in verſ. proſequi. & ibi Io. Andr. in verb. proſequi. & Innoc. in c. fin. de cler. non reſid. in 2. col. verſ. & eſt ratio. & ibi Ioan. Andr. col. 2. & Card. Petr. de Anch. & Imol. col. 7. & Butr. vbi, quod immo eſt magna vtilitas. & allegatur, quod eſt vtilitas, quod bona Eccleſiæ plurium votis gubernentur. Immo contra Rotam vbi ſupra, eſt textus in cap. pro illorum. iuncta gloſſ. in fin. de præben. & Archidiac. in c. hi qui. de præben. in 6. Abb. in c. 2. in princ. de renunc. Felin. in c. cum M. de conſt.

* decis. 6. lib. 3.

* decis. 183. lib. 3.

DECISIO VI.

IN commiſſione in qua derogatur ſtatuto Capitolino, dicenti quod poſt annum non poſſit agi de nullitate, non eſt opus derogare regulæ de iure quæſito. Ita in cauſa * Romana nullitatis, coram Puteo, 16. Ianuarij 1545. inter Gregorium de Nobilibus, & Seraphinum de Iannottis. Allegatur quod per alia ſtatuta cauebatur, eſſe ſeruandum ius ciuile, etiam in cauſis commiſſarijs, & quod de iure ciuili per clauſulam generalem, omnia contraria tollebantur. & regulæ non habebāt locum in Capitolio, niſi vbi ſtatutum vel ius ciuile non diſponerent. quia regulæ erant ius canonicum.

* Vide decis. 154. lib. 2.

De Regula reuocatoria vnionum.

DECISIO I.

REGVLA reuocatoria vnionum, reuocat etiam vniones factas per religionem Hieroſolymitanā propter illa verba regulæ. nedum auctoritate Apoſtolica, ſed quacunque alia. Ita in cauſa * Pientina Præceptoriæ, coram Pighino, 23. Ianuarij 1545. Inter D. Neſtorium Saracinum, & D. Aſcanium Sfortiam.

* decis. 210. lib. 2.

DECISIO II.

ITem in eadem, 16. Maij tentum fuit, quod vnio nō diceretur ſortita effectum. ex quo licet Pius Secundus fecerit vnionem, quæ erat ſortienda effectum decedente Ioanne Capi, tamē Ioanne Capi mortuo, idem Pius illam alteri conceſſit, non obſtante vnione. & poſſeſſio nō fuit capta per illum, cui erat conceſſa vnio.

Regula de impetrantibus certo modo.

DECISIO I.

REGVLA iſta non comprehendit eos, qui impetrarunt ante eam, licet poſt illam ceſſerint ius ſuum. Ita in vna Barchinonenſi, & Vrgellenſi canonicatus & præbendæ, coram Mohedano, 18. Ianuarij 1549. Fuit tamen tentum, quod erat locus regulæ de annali.

DECISIO II.

ITem non habet locum, ſi talis impetrans cedat reſeruato regreſſu, & poſtea vtatur regreſſu poſt illius euentum. etiam quod regula annullet omnes prouiſiones. Ita in cauſa Auenionenſi beneficij, coram Tolomeo, 22. Maij 1543.

DECISIO III.

ITem procedit ſecundum terminos regulæ de annali. & ſic requiritur, quod poſſeſſor ſit

ſit pacificus. Ita in cauſa Calaguritana beneficij de Palatio, coram Puteo, 11. Nouembris 1544.

DECISIO IV.

FVit etiam tentum, quod non requiratur, quod poſſeſſor ſit annalis. ſed ſufficit etiã quod poſſederit per minus tempus, nec poſſit dari de regula, vt in cauſa Cæſaraugustana & Ilerdenſi præpoſiturarum ſancti Antonij, coram Fabio 5. Aprilis 1544. Facit, quia regula iſta venit ampliatiue, & loquitur de beneficijs deuolutis. & deuolutio fit poſt ſex menſes.

Regula quod non iudicetur iuxta formam ſupplicationis.

DECISIO I.

VICARIVS poteſt conferre, etiam quod litteræ expeditæ nõ ſint ſuper alternatiua. Vide ſupra de officio Vicarij.

DECISIO II.

SVpplicatio non præſumitur impetrata per oratorem in ea nominatum, niſi aliũde conſtet. vt per Cardinal. conſ. 25. & Gemin. conſ. 33. col. penult. & Fulgoſ. conſ. 23. Licet Oldrad. contra conſ. 136. col. 7. & audio ita iudicatum in cauſa Gebennenſi parochialis de Serauallis, de anno 1544.

Regula quod non valeant Commiſsiones.

DECISIO I.

COMMISSA cauſa per Petrum cum derogatione huius regulæ in forma, ſi mortuo Petro Ioannes impetret per obitum Petri, & expediat proprias litteras ante terminum ad articulandum, poteſt procedere cum aduerſarijs iam citatis per Petrum, & eorum procuratoribus qui venerant ad cauſam. Ita in cauſa * Legionenſi ſeu Zamorenſi beneficiorum, coram Fabio, 26. Februarij 1546. inter Ioannem de Veloya, & Thomam, & Gaſparem.

* deciſ. 298. lib. 3.

Regula de annali.

DECISIO I.

CIRCA reſignationem de beneficio poſſeſſo per annum. Vide infra de renunc.

DECISIO II.

QVando regula non ſeruatur, extinguitur lis, adeo quod Ordinarius poteſt prouidere. vt infr. vt lit. pend.

DECISIO III.

FActa expreſſione, quod quis multo tempore poſſedit, cenſetur dictum, quod ille erat annalis, quando alias non erat opus facere mentionem, ad not. in c. cum nobis de conceſſ. præben. Derogatio vero regulę de annali latiſſime extẽdenda, intelligitur quo ad primam partem, ab vſu patrisfamilias. & ita litteræ erant expeditæ. Ita in cauſa Hiſpalenſi beneficij de Gibraleon, coram Puteo, 30. Maij 1540.

DECISIO IV.

OPponi poteſt de iſta regula non obſtante quod fuerit præfixus terminus ad docendum de nullitatibus. vt ſupra de dilationibus.

DECISIO V.

SEcunda pars iſtius regulæ, eſt ibi. quod teneatur infra ſex menſes euocari facere. & ſecunda ſecundæ partis eſt. & ex tunc infra annum cauſam expediri facere. Et quia Rota tenet non ſufficere, quod reus det mandatum infra ſex menſes, niſi citatio fuerit exequuta, propter illa verba. teneatur euocari facere. fuit dubitatum, à quo tempore inciperet annus. in cauſa * Valentina parochialium, coram Ioanne Paulo, inter Vincentium Baſſa, & Ioannem Gais. Et reſolutum 20. Ianuarij 1544. quod non à die notitiæ habitæ, nec à die datę mandati producti curreret annus, ſed à die, vel exequutionis factæ, vel, ſi non apparebat, à die quo fuit lis cæpta. Deinde 28. Nouembris 1544. maior pars tenuit, quod inciperet annus à die quo procurator fuit citatus in Curia.

* deciſ. 86. lib. 2.

DECISIO VI.

IN eadem * cauſa Domini tenuerũt die 12. Decemb. 1544. Quod licet Ioan. Gais ceſ- * deciſ. 187. lib. 2.

ſiſſet

ſiſſet infra annum, tamen ex quo remanſit in poſſeſſione Vincentius, tenebatur ſeruare regulam, & eam non ſeruando amiſit ius ſuum. quidquid dicat Sarnen. q.62. in fin. & Caſſad. deciſ. 6. in reg. Quia vt dicit Sarn. q.8. regula conſiderat poſſeſsionem, & non titulum.

Regula de triennali.

DECISIO I.

REGVLA iſta ſuffragatur, non obſtante quod reus qui ſuccubuit, alleget ſe fuiſſe impeditum agere de nouo, & petere reſtitui in integrũ. ex eo, quod poſt dimiſſam poſſeſſionem vigore rei iudicatæ, fuit litigatũ ſuper liquidatione fructuum. quos ſoluere non poterat, niſi eſſent liquidati prius. nec ante ſolutionẽ poterat agere. Sed quia iſte litigauit ſuper liquidatione fructuum per tres ſententias, & ſic calumnioſe ſe geſſit, fuit dictum, quod ſibi ipſi videretur procuraſſe impedimentum. & quod deciſ. 2. Caſſad. de reſtit. in integ. loquitur in probabiliter impedito. Et ideo, quod ſibi obſtabat regula. prout dicitur de ſuccumbente in cauſa attentatorum. in deciſ. 15. de appell. Facit cõſilium Rom. 9. Sarnen. q.57. huius regulæ. & quia hoc impedimentum potuit de facili remoueri. Bart. in l. ſi per prætorem. §. 1. ff. ex quibus cauſis maior. & in l. quibus diebus. ff. de condition. & demonſt. Dec. conſ. 667. Sarnen. q.71. de annali. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana parochialis, coram Thanis, 4. Nouembris 1545. * deciſ. 118. lib. 2.

DECISIO II.

COmmittens cauſam litteris nõ expeditis, facit beneficium litigioſum in eius præiudiciũ. Ita in cauſa * Hiſpalenſi dimidiæ portionis, coram Puteo, 22. Octobris 1546. * deciſ. 470. lib. 2.

DECISIO III.

REgula iſta non habet locum in hoſpitalibus. Ita in cauſa * Mutinenſi hoſpitalis, coram Rauellenſi, 10. Februarij 1542. inter Antonium Mariam Sertorium, & Antonium Iacomellum. * deciſ. 255. lib. 2.

DECISIO IV.

REgula non tuetur reſignatarium, qui adeptus fuit poſſeſsionem virtute reſignationis conditionalis. factæ cum clauſula, & non alias, nec alio modo. ex quo ex inſpectione tituli cõſtat de defectu. ceſſerat enim reſeruata penſione libera. &c. & ei Papa liberam non conceſſerat penſionem. Ita in cauſa Vicentina parochialis de Longarez, corã Sarnenſi, 20. Februarij 1540. inter D. Ambroſiũ de Auria, & Hieronymum de Nigris. Et de iſta mentionem facit Sarnen. q. 27. iſtius regulæ. Si tamen poſſet dubitari, an conditio eſſet adimpleta, forte regula procederet. quia eſſet verum dicere, iſtum intraſſe cum titulo.

DECISIO V.

REgula ſuffragatur etiam ſi quis prius indebite fructus percepiſſet, & non facta de hoc mentione impetraſſet beneficium. Ita in cauſa Virdunenſi canonicatus, coram Tolomeo, inter Nicolaum Bertar, & Petrum Graſſati, 7. Ianuarij 1540. Et fuit dictum ita ſæpius iudicatum. præſertim in vna Zamorenſi, coram Marſicano. Iſte enim reſignauerat. & poſtea remanſerat in poſſeſſione, fructus percipiẽdo. & deinde cum reſignatarius retroceſſiſſet, non fecit mentionẽ de indebita perceptione. tamen poſſedit triennio.

DECISIO VI.

AD impediendum curſum triennij, ſufficit citare pupillum maiorem infante, non habentem tutorem. iuxta diſtinctionem Aret. in l. ſi ex legati cauſa. de leg. 1. Ita in cauſa * Segobienſi Archipresbyteratus, coram Auguſtino, inter Ferdinandum Solier, & Gundiſaluũ Perez, die 27. Ianuarij 1548. * deciſ. 95. lib. 3.

Regula de ſubrogandis.

DECISIO I.

MENSIS incipit à die datæ impetrationis, factæ per tertium non collitigantem. Ita in cauſa * Palentina canonicatus, coram Reomano, 22. Iunij 1548. inter Antonium Romano, & Simonem Azerolum. * deciſ. 140. lib. 3.

Regula octo menſium.

DECISIO I.

REGVLA iſta non comprehendit beneficia iuriſpatronatus mixtim. vt ſupra. de iure patr.

DECISIO II.

REgula iſta, licet non comprehendat Cardinales, cum ſint exceptuati in illa, ibi. non tamen Cardinalium. tamen ſtante alia

alia regula modificatiua indultorum, fuit dubitatum, an licet eſſent modificata indulta, regula octo menſium intraret. quia regula huiuſmodi non præſeruat Cardinales reſpectu indultorum, ſed reſpectu collationis ordinariæ eis competentis, etiam ſine indulto. Tamen in cauſa Mediolanenſi optionis, coram Rauellenſi 20. Aprilis 1543. tentum eſt, quod regula octo menſium comprehenderet etiã hoc caſu Cardinales, ſtante alia regula prædicta modificatiua. quia in illa Papa ſemper intendit deſtruere indulta. quia multi prætextu indultorum, & illius verbi inſtitutionem, prætendebant Cardinalem poſſe prouidere.

DECISIO III.

Regula iſta tollit ſtatuta, quod portiones conferantur illis de choro, & canonicatus conferantur portionarijs. Ita 24. Octobris 1544. in cauſa * Placentina portionis, coram Peregrino. Allegatur Cardinalis, conſ. 6. Cald. conſ. 3. de conſuetud. Peruſ. in c. fin. §. in præbendis. eod. tit. lib. 6. Et iterũ 24. Nouembris fuit idem reſolutum, & tentum, quod regula innouata cenſebatur repetita, ſi ſuperueniat poſt conceſſam alternatiuam. An illam tollat, valde dubitatum fuit. vt ſupra de præben.

* decil. 860. lib. 2.

DECISIO IV.

Regula iſta, & illius reuocatio, non comprehendit Nũcios, quoad inſtitutionem faciendam de beneficijs de iur. patr. Ita in cauſa * ſancti Andreæ canonicatus, coram Maceratenſi 5. Iunij 1542. inter Dauidem, & Georgium. Clare enim patet ex proœmio regulæ, quod Papa non loquitur de beneficijs præſeruatiuis.

* decil. 312. lib. 2.

Regula de Veriſimili.

DECISIO I.

REGVLA iſta non habet locum in noua prouiſione, vigore gratiæ expectatiuę. Ita in cauſa Barchinonenſi loci de Canoli, coram Puteo, 16. Iunii 1546.

DECISIO II.

An regula iſta habeat locum in gratia, ſi neutri, vel ſubrogationis. In cauſa * Conchenſi de la Motilla, coram Peregrino, fuit valde dubitatum. & vota fuerunt paria.

* Decil. 372. lib. 2.

DECISIO III.

Regula iſta non procedit in præſentatione. Ita in cauſa ſancti Andreæ canonicatus, coram Maceratenſi, 27. Ianu. 1542. inter Georgium, & Dauidem. Allegatur, quod regula loquitur in prouiſionibus. Itẽ quod gloſſator dicit iudicatum fuiſſe per Rotam. Item, non procedit in acceptationibus. vt per Aegid. 533. & tamen in eis cadit ratio machinationis. Item, in patronis ceſſat ratio præuentionis, quia non poſſunt præueniri. Item, allegatur Sarn. q. 16. In contrarium dicebatur, regulã habere locũ in Ordinario. ergo etiã in patronis. & allegatur in indiuiduo. Abb. in c. fin. de conceſſ. præben. & Dec. conſ. 141. in prin. Item dicitur, quod ratio præuentionis poteſt habere locum in præſenti, quando ſunt plures patroni. Item, ratio ambitionis poteſt habere locum in præſentato. & reſpondetur ad acceptantes, quod illis eſt permiſſum per Papam, vt poſſint infra menſem acceptare quandocunque. Item facit, quia præſentatio eſt cauſa prouiſionis quæ ſequitur. Item quia collatio, præſentatio, electio, &c. ad paria iudicantur. vt per Franc. in c. 1. in 8. limit. de temp. ord. lib. 6.

Regula de Infirmis.

DECISIO I.

Licet facultates Legatorum eſſent reductæ ad ius commune, nec poſſent amplius derogare dictæ regulæ, tamen cum probatum eſſet, quod Legati à viginti annis citra pluries illi derogarunt, & quod derogationes habuerunt effectum, reſolutum fuit, quod fuerat inducta conſuetudo interpretatiua, & dicta regula non fuerat recepta, Immo quia facultates dabant, quod Legatus poſſet derogare quibuſcunq; regulis, excepta regula de triennali, & duabus aliis, fuit dictum, quod Legati interpretati ſunt poſſe derogare dictæ regulæ. & cõſuetudo interpretatiua non requirit diuturnitatem temporis. Cur. in rep. c. fin. de conſuet. col. 34. verſ. ſecundo limita. & ibi communiter Doct. Nec eſt neceſſarium probare, quod fuerit iudicatum ſecundum talem conſuetudinem, ſecundum communem opinionem, de qua per Ant. d. c. fin. & Cur. col. 55. fuit tentum in cauſa Bononienſi ſancti Andreæ de Gabellis, coram Proſpero vltima Februarij 1547. Fuit enim dictum, quod erat valde dubium, an quando Papa conceſſit Cardinali Morono facultates, quas habebat

bebat Cardinalis Cibo, intellexerit vt prius erant, vel cum ſua modificatione, & ideo quod fuerat interpretatum illis vti potuiſſet propter dictam conſuetudinem. Allegatur Alex. conſ. 107. lib. 2.

DECISIO II.

LEgati, virtute facultatis derogandi regulis editis & edendis, non poſſunt derogare huic regulæ. Ita in cauſa Cæſaraugustana, & Oſcenſi, beneficiorum, coram Ioanne Paulo, 20. Iunij 1544. Sarnenſis hic qu. vltima.

DECISIO III.

REgula iſta habet locum etiamſi permutatio fiat de beneficijs æqualibus. contra Sarn. q. 19. huius regulæ. vt in cauſa * Maioricenſi ſancti Nicolai, 27. Martij 1549. coram Auguſtino. * Decif. 314. lib. 3.

De Renunciationibus, & rerum permutationibus.

DECISIO I.

REVOCATIO mandati ad reſignandum in fauorem certæ perſonæ, ſi intimetur reſignatario, ſufficit. Ita in cauſa * Burgenſi Capellaniæ coram Sarnenſi, 29. Ianuarii 1543. Felin. in c. cum ex parte decani, col. 7. de reſcript. * decif. 418. lib. 1.

DECISIO II.

REnunciatio poteſt probari per teſtes. vt infra de teſtibus.

DECISIO III.

LIcet quis reſignet libere & ſimpliciter, ſine clauſula in fauorem N. & clauſula. &c. non aliter. &c. & prouideatur ipſi N. & dicatur. & ne dictus reſignans nimium diſpendium patiatur, aſſignamus ei penſionem, iſti dicuntur actus correſpectiui. Ita in cauſa Calagurritana Eremitorij coram Aquenſi, 4. Nouembris 1545. Ponderatur tamen, quod in eadem ſupplicatione ambo ſupplicant.

DECISIO IV.

REnunciatio quæ fit in fauorem certæ perſonæ in manibus Papæ, eſt valida. non obſtantibus priuilegijs Innocentij, conceſſis religioni Hieroſolymitanæ, quod non valerent prouiſiones faciendæ, etiam per nos, de Commendis eorum vacantibus per ceſſum vel deceſſum. iuxta not. per Caſſad. dec. 3. de renunc. & quia validum eſt argumentum ab vſu patrisfam. iuxta not. per Fel. in c. ſedes. de reſcr. & per Doct. in l. ſi ſeruus plurium, de leg. 1. Ita in cauſa * Cæſaraugustana de Villel, coram Puteo. 14. Nouembris 1548. * decif. 177. lib. 3. & 180. eod. lib.

DECISIO V.

REs dicitur integra, licet ante reſignationem in qua penſio reſeruatur, ſit confecta cedula per Cardinalem. quæ tamen non fuit tradita notario niſi poſt datam reſignationis. Ita in cauſa * Cæſaraugustana penſionis, coram Fab. 4. Decembris 1545. * Vide in add. ad decif. 333. lib. 1.

DECISIO VI.

PEr reſignationem factam in fauorem certæ perſonæ, non efficitur locus regreſſui quem alius habebat per ceſſum vel deceſſu. quia ineſt conditio, quatenus acquiratur illi, etiamſi reſignatario fuerit tradita poſſeſſio. Facit decif. Biſig. 6. hoc tit. & not. per Dom. in c. 2. de elect. lib. 6. Ita in cauſa * Ceſenaten. parochialis ſancti Demetrij, coram Sarn. 28. Apr. 1542. Et dicebatur non obſtare Bald. in c. Cumana. de elect. & Dec. conſ. 160. col. 3. & per Iaſ. in l. fin. C. de iure emphyt. vbi voluit, reſeruationem conſenſus domini nõ ſuffragari ſequuta traditione. quia per traditionem, quis videtur recedere à dicta reſeruatione. Item, quia non eſt facta translatio in duriorem. vt conſiderat Fel. in c. quę in Eccleſiarum. de conſt. num. 117. Item, aliud eſt eſſe prohibitam alienationem, & quod quis contemnat dominum, & quod res tradatur ſpreto domino, aliud quod tradatur conditionaliter quatenus acquiratur illi. cum eſſe poſſit, quod habens regreſſum, eſſet mortuus, vel effectus inhabilis, aut vxoratus. * decif. 306. lib. 2.

DECISIO VII.

COmmiſſio facta Vicario de recipiendo reſignationem, valet. non tamen ſi dicat, de recipiendo, & certæ perſonæ conferendo. vt tenet Biſig. 5. de conceſſione præbendarum, quia Rota non tenet illam deciſionem, ſed 1. & 4. de off. Vic. Ita in cauſa Conimbricenſi canonicatus, coram Proſpero. 15. Febr. 1544.

DECISIO VIII.

REſignatio facta de beneficio, in quo alius eſt annalis poſſeſſor, in fauorem certæ perſonæ, abſque derogatione regulæ de annali, eſt nulla, & ſic remanet ius penes cedentem. Et ſi etiam poſtea reſignatarius impetrat gratiam. ſi neutri. cum derogatione dictæ re-

ctæ regulæ. nihil facit, quia ius remanſerat penes cedentem, & ceſſio fuit licita & reſeruatio penſionis. ſi enim fuiſſet illicita & ſimoniaca, forte per nouam gratiam abdicaretur ius ab illo. Ita in cauſa Conchenſi beneficii S. Michaelis, coram Puteo. 28. Iunij 1540. Aliud putarem ſi fuiſſet derogatum regulæ, & ob defectum reſignatarij non fuiſſet ſeruata regula.

DECISIO IX.

FVIt poſtea iterum poſita cauſa, & dicebatur, quod licet in ceſſione eſſet derogatio regulæ, tamen quia regula inficiebat reſignationem, & omnia inde ſequuta, & ſic quod omnia erāt nulla à principio, propter verbum, nullius firmitatis. ad Clem. vnic. de immun. Eccleſ. Item, in litteris dicebatur quod fuerat, citra tamen annum, detenta Eccleſia. & ſic litteræ erant ſubreptitiæ, & ideo à principio nullæ, & propterea ius remanſit penes cedentem. Sed reſponſum fuit, quod immo gratia valuit à principio: ſed ob negligentiam reſignatarij, fuit reſoluta. & poſt reſolutionem beneficium vacabat, cum ius propterea non quæreretur aduerſario. & ideo quod reſignatarius potuit ſibi ſuccurrere, impetrando gratiam. ſi neutri. vt fecit. Et ideo Domini tenuerunt, gratiam. ſi neutri. eſſe canonizandam.

DECISIO X.

REnunciatio dicitur correſpectiue, facta per Guidonem Palellum, in fauorem Claudii de Chiaranzonai, reſeruata penſione pro Flaminio nepote, & acceſſu in euentum non ſolutionis, ac per ceſſum vel deceſſum, ſi Claudius non doceret ſe infra annum adeptum fuiſſe poſſeſſionem. Ideo, cum Flaminio obſtaret regula de idiomate, & defectus ætatis, fuit habita nulla. Ita in cauſa * Gebennenſi parochialis de Seraualle, coram Puteo. 5. Martii 1543. Nec obſtat quod diceretur, reſignantem fuiſſe in dolo, ideo. &c. ad not. per Abb. in c. cum dilecti. de empt. & vend. quia ſumus in contractu prohibito, vel qui non dependebat à voluntate partium. Et eadem ratione, non obſtat tex. in c. noſti. de elect. & in c. diuerſis fallacijs. de cler. non reſid. Nec fuit habita ratio, quod regreſſus veniebat in conſequentiam. quia dixerunt Domini ſatis eſſe, quod conditionalis erat ceſſio. Et maxime, quod ex aduerſo, cōtra Claudium, fuerat oppoſitum de nullitate ceſſionis, & datum de regula. Tamen quia reſignans venerat ad cauſam repetendo ſuum beneficium, merito potuit. &c.

* decif. 418. lib. 2.

DECISIO XI.

REſignatione facta in fauorem excommunicati, ius remanet penes cedentem, nec poſtea poteſt acquiri alteri per clauſulas generales, ſi reſignatarius cedat alteri. Quicquid dicatur in reſignatione ſimoniaca, quod licet ius remaneat penes cedentem, tamen poteſt acquiri alteri per clauſulas generales. & in reſignatione facta in manibus non habentis facultatem. iuxta deciſ. Biſig. 4. hoc titulo, Ita in cauſa Glaſquenſi præceptoriæ, coram Proſpero. 23. Maij 1547.

DECISIO XII.

REſignatio per verba generalia, facta coram notario & teſtibus, cum intimaretur executoriales, eſt bona, ſi poſtea admittatur per Papam concedentem nouam prouiſionē, cum clauſula: quouis modo. etiam per reſignationem in manibus notarij factam. Ita in cauſa Leodienſi canonicatus, coram Auguſtino. 24. Februarij 1548. Facit decif. 23. & 352. in no. Selua in 3. parte q. 24.

DECISIO XIII.

COnſenſus, ſi præſtetur à tergo litterarum Ordinarij non tenet, quia videtur in fauorem certæ perſonæ. nec Ordinario creditur de reſignatione in eius manibus facta. ita in cauſa * Lamacenſi de Scalon, coram Puteo. 13. Martij 1546.

* decif. 445. lib. 2.

DECISIO XIV.

REſignatio facta de beneficio iuriſpatronatus ſpreto patrono, eſt nulla. & propterea ius nō abdicatur à reſignāte. vt ſupra de iurepatr. intelligitur patrono contradicente.

DECISIO XV.

POrrectio, ſiue per procuratorem ſiue per principalem, non perficit reſignationem, vt non poſſit iterum porrigi ſupplicatio, & ſuper vltima præſtari conſenſus. Ita in cauſa * Palentina canonicatus, coram Puteo, 19. Octobris 1543. inter Petrum Gomez de Villa Real, & Franciſcum Ortiz de Velaſco. Fuit tamen reſolutum 23. Ianuarij 1544. quod probaretur ſtylus, quod per porrectionem reſignatio non habetur pro perfecta. & quod poteſt porrigi alia.

* decif. 40. lib. 2.

DECISIO XVI.

REnunciatio, ſeu ceſſio litis, facta coram notario cauſæ in abſentia iudicis extinguit litem. quicquid dicat ſummarium dec. 3. de renunc.

renunc. in no. Ita in cauſa Palen. beneficij de Medelin, coram Thanis. 15. Nouembris 1546. inter Didacum de Aucles, & Didacum de Veſga. Allegatur Caſſad. deciſ. 5. num. 4. Doctor. & Bart. in l. non ſolum. §. deliberationis nota. col. 1. verſ. antequam veniamus, ff. de lib. leg. declaran. vt per Alex. in l. poſtquam liti. col. 3. num. 8. cum ſeq. & col. 4. verſ. negari non poteſt. & verſ. non obſtat argumentum Bart. ibi. & iſta opinio videtur magis communis. C. de pact.

DECISIO XVII.

PORrectio ſupplicationis, non perficit gratiam irreuocabiliter. quicquid dicat Caſſad. deciſ. 2. hoc tit. Ita in cauſa * Salamantina decanatus, coram Puteo, 16. Ianuarij 1545. Et ideo poterit alia porrigi, & ſuper vltima præſtari cōſenſus. vid. ſup. proxime.

* deciſ. 199. lib. 2.

DECISIO XVIII.

INtimatio reuocationis procuratoris ſufficit, facta reſignatario. vt ſupra de proc.

DECISIO XIX.

REſignatione facta ſuper ſupplicatione, in qua reſeruabantur fructus & regreſſus antequam reſignatarius conſenſerit, ſi reſignans de nouo conſentiat ſuper tali ſupplicatione, dicendo quod pure, & ſimpliciter reſignat, valet reſignatio tanquam pura & ſimplex. & ille dicitur receſſiſſe à prima reſignatione non obſtante quod ſoluiſſet cōpoſitionem. Ita in cauſa Salamantina canonicatus, coram Tolomeo. 29. Ianuar. 1543. inter Ludouicum Arias, & Franciſcū Ortiz.

DECISIO XX.

FActa reſignatione in fauorem meum, licet non ſit præſtitus conſenſus, dummodo cōſtet vel conſtare poſſit de porrectione, ego poſſum reſignare, & valet reſignatio mea: quia poſſum agere contra illum procuratorem qui porrexit ad præſentandum conſenſum. Ita in cauſa Segob. de Villa Caſtrin. coram Auguſtino. 29. Octobris 1548.

DECISIO XXI.

MInor 14. annorum, non poteſt ſine auctoritate ſuperioris conſtituere procuratorem ad reſignandum beneficium ſimplex, quod poterat obtinere ſine diſpenſatione. licet Milis in verbo. minor. videatur velle, quod poſſit per ſe ipſum reſignare. Ita in cauſa * Segobien. portionis, coram Proſpero. 20. Octobris 1544. inter Rodericum de Aquilar, & Gundiſaluum Maldonado. Ratio dubitandi erat, quia ex quo narrabatur in ſupplicatione quod erat minor, ſatis videbatur interueniſſe auctoritatem ſuperioris. Nam Milis. præſupponit quod debeat interuenire auctoritas, etiam quando per ſe ipſum. &c. Item, Papa non intellexit, quod conſentiret per procuratorem. Item dicebatur, quod ex ceſſione minor lucrabatur, cum eſſet facta ceſſio cauſa permutationis cum alio beneficio valoris 40. Et licet portio eſſet maioris valoris, tamen fructus erant alteri reſeruati. Sed ad hoc vltimum reſpondetur, quod in contractibus vltro citroque obligatorijs hoc nō procedit. vt in §. 2. inſt. de auct. tut. l. pupillus, §. 1. ff. eod. Item quod iudex ſuccedit loco patris in beneficialibus, & loco iudicis ſecularis. vt per Innoc. in c. iudiciorum. de ætat. & qualit. & Doct. in c. ſi annum de iudic. Item dicitur, quod Milis dicit, id fieri cum ſuperioris auctoritate, & cauſa cognita. Sed ad hoc reſpondetur, quod dum dicit requiri cauſæ cognitionem, loquitur quando in manibus inferioris fit reſignatio: quia in manibus Papæ non requiritur cauſæ cognitio. Item dicitur, quod non datur reſtitutio minori reſignanti. vt in c. ex parte. de reſt. ſpol.

* deciſ. 157. lib. 2.

DECISIO XXII.

REſignatio præſumitur acceptata per reſignatarium, etiam abſentem, quando fuit facta ſimpliciter, & ſupplicatio concepta fuit ad eius fauorem, & ius abdicatur à reſignante. Ita in cauſa Segobien. Archipreſbyteratus, coram Puteo. 1. Iulij 1541. Dicebatur in contrarium, quod non interuenit niſi modica impenſa. & quod ex quo reſignauit in fauorem illius cum clauſula. & non aliter, &c. ius remanſerat penes reſignantem. ideo valuit ſententia lata pro reſignante ante acceptationem. per tex. in c. olim. il primo. de reſt. ſpol. & ibi Innoc. Bar. in l. ſub conditione. ff. de ſolut. Et dicebatur. quod c. ſi tibi abſenti non procedebat in caſu iſto, ſed tantum quando Ordinarius contulit abſenti, & ſic ligauit ſibi manus. hic autem non vacauit beneficium, nec fuit abdicatum ius à reſignante. Et licet non poſſit ante reſolutionem alteri reſignare, nec per Papam prouideri, tamen ius non erat abdicatum ab eo, non adimpleta conditione. ideo videbatur dicendum valere, ſententiam pro eo latam. Sed ſtante præſumptione acceptationis, ceſſauit iſta difficultas. Allegatur pro præſumptione acceptationis, Oldrad. conſ. 136. col. 2.

DECISIO XXIII.

IN cauſa * Salamantina portionis fuit dictum, coram Fabio. 29. Ianuar. 1546. quod licet

* deciſ. 147. lib. 2.

licet Rota teneat cōtra dictum Abb. in c. cū vniuerſorum. de rerum permut. quod quando aliquis reſignat in manibus Papæ, ius ab eo non abdicatur antequam reſignatarius acceptet; tamen ſi reſignatio fuit facta reſeruatis fructibus & regreſſu, & non alias aliter nec alio modo, ſtatim quod Papa ſignat ſupplicationem, adimpleta eſt omnis conditio ſub qua reſignauerat, & reſignatario acceptante, licet neſciat regreſſum, & fructus reſeruatos, tamen abdicatur ius à reſignante, & transfertur in reſignatariū. Nec obſtat, quod, ſi ſciuiſſet forte non acceptaſſet. quia non impeditur per hoc acquiſitio, cum poſſit ſemper reſignare, poſtquā ſciuerit. & maxime in caſu iſto, in quo præſupponitur, quod ex poſt facto ſciens ratificauerat. Vnde ex facto ſubſequenti, colligitur qualis fuiſſet animus eius in præteritū. Vide ſupra de præſump. vbi in reſignatione ſimplici præſumitur acceptatio.

DECISIO XXIV.

FAcultates Nunciorum, quod poſſint reſeruare penſiones, ex cauſa reſignationis, ipſis cedentibus vel alijs perſonis, non intelliguntur, vt poſſint admittere reſignationes in fauorem certæ perſonæ. vt ſupra de off. legat. in cauſa Siluenſi.

DECISIO XXV.

REſignatio facta de beneficio alteri, cui erat reſeruatus regreſſus per deceſſum vltimi poſſeſſoris, reſeruata valida penſione ſuper fructibus eiuſdem beneficij, etiam cum clauſula. reſeruatis valide infraſcriptis, Domini inclinarunt, reſignationem eſſe validam. vt in cauſa * Toletana canonicatus, coram Puteo, 8. Februarij 1544. inter Epiſcopum Solis, & Ioānem Melendez. Fiebat fundamentum, quod reſignatio erat valida à principio, licet veniret reſoluenda. & quod donec reſolueretur, penſio debebatur. argumento eorum quæ dicuntur de ſeruitute per Moder. in c. ad audientiam. de reſcript. & faciunt not. per Bart. in l. is cui. §. fin. ff. quemadm. ſer. am. & per text. in l. ſi gregem. §. ſtatuliber. ff. de pignor. & in l. ſi duobus. §. ſed quia noſtra. cum §. ſeq. C. de legat. & facit deciſ. Caſſad. 1. de penſ. & Gigas de penſ. q. 79. Et conſideratur, quod nullitas habet ſe ad eſſe, & non eſſe. & ideo non poteſt conſiderari ſubreptio. vt declarant Doct. in d. l. ſi ex duobus. In contrariū tamen allegatur Caſſad. deciſ. 3. de penſion. Item, allegatur communis curſus ſignaturæ, & quod Papa non conceſſiſſet ſi ſciuiſſet. Item, quia faciendo eſt mentio de iure ad rem, non ſortito effectu. vt per Felin. in c. in noſtra. col. 4. de reſcr. verſ. de iure ad rem. Item dicitur, quod reſignatio eſt conditionalis per ablatiuum abſolutum, reſeruatis valide infraſcriptis. Item, non poterat dici, valide reſeruatum illud, quod exceptione elidi poterat.

* deciſ. 97. lib. 2.

DECISIO XXVI.

CVm eſſet facienda permutatio inter duos, de vno beneficio in diœceſi Zamorenſi, & vno in diœceſi Compoſtellana, & Epiſcopus Compoſtellanus dediſſet mandatum Epiſcopo Zamorenſi, ad conferendū in ſua diœceſi ſi contingeret permutari, ſeu è conuerſo, dubitabatur de validitate permutationis, ex quo non fuit dictum in mandato, quod poſſet admitti reſignatio facta ex cauſa permutationis. Et die 12. Decembris 1547. in cauſa * Zamorenſi parochialis de Villalar, coram Proſpero, inter Thomam Eſcogido, & B. Gallego. tentum fuit, potuiſſe admitti reſignationem, quidquid dicat Biſign. deciſ. 2. de renunc. contra quem videtur deciſ. 6. de rer. permut. in no. Ponderabatur enim, quod erat datum mandatum cum clauſulis importātibus liberam. & plura alia. Item ponderatum fuit, quod qui vult conſequens. &c. & plura alia. &c.

* deciſ. 76. lib. 3.

DECISIO XXVII.

LIcet non credatur Ordinario, de reſignatione in manibus eius facta, tamen creditur ſi reſignans diu vixit poſtea, & non contradixit. vt ſupra de fid. inſtr.

DECISIO XXVIII.

COnſtitutio requirens certam ætatem in eo cui beneficium confertur, habet locū etiam in eo cui prouidetur ex cauſa permutationis. Ita in cauſa * Gerundenſi beneficij de Cocho, 9. Octobris 1542. coram Puteo. Allegatur Rebuff. de collat. pag. 88. in verbo. alteri. Et in eadem cauſa tentum fuit 2. Octobris, quod collatio facta contra formam conſtitutionis, erat nulla, licet diceretur, quod conſtitutio non habebat decretum irritans. Allegatur Aegid. 754. Caſſador. 2. de præben. Felin. in c. 2. de teſt. Barbat. conſ. 33. col. 3. lib. 2.

* deciſ. 1338. lib. 1.

DECISIO XXIX.

PErmutatio facta de beneficio reſeruato in manibus Ordinarij, non tenet. Ita in cauſa Ilerdenſi, & Barchinonenſi, beneficiorum, corã Ioanne Paulo, 17. Aprilis 1545.

De reſcriptis.

DECISIO I.

CLAVSVLA, cuius litis ſtatum, &c. reſpicit tantum iudicialia, ideo cum prius eſſet conceſſus motus proprius, in quo gratioſe Papa cõceſſerat Vanno Signorino plura, non valuit commiſſio ſignata per Cardinalem, non inſerto motu proprio, nec cenſetur illi, & illius clauſulis & decretis irritantibus, derogatum. Ita in cauſa Romana releuationis idemnitatis, inter Vannum de Signorinis, & Bernardinum de Quiros, coram Proſpero, 9. Decembris 1545. Allegatur Staſil. fol. 149. Vbi, quod Cardinalis per ſuam ſignaturam, non poteſt tollere ea quæ ſapiũt gratiam, & allegatur Dominic. conſ. 120. Vide ſeq.

DECISIO II.

POſtea in eadem cauſa, die 14. Decembris fuit tentum contrarium, ponderãdo clauſulam, pro expreſſis habentes. & illa verba, merita cauſæ. de quibus per Butr. conſ. 2. & 49. & per Felin. in c. ſuper litteris. de reſcript. Illa enim verba, merita cauſæ. comprehendunt omnia in cauſa adducta. vt in l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. vt etiam de verbo. cauſæ. traditur in l. cauſas. C. de tranſ.

Cum autem dictum fuerit, motum propriũ eſſe meram gratiam, non obſtat. quia ſi eſt mera gratia, ergo repugnat iuri communi: ideo cum per commiſsionem reducatur ad ius commune, latiſsime eſt facienda interpretatio. iuxta gloſſ. in c. 3. in verbo. numerandum. de præbend. lib. 6. & per Felin. in c. cum acceſsiſſent. de conſt. col. 2. in fin. & in c. cum omnes. eod. tit.

DECISIO III.

REſcriptum directum Priori, non tenet ſi ille erat commendatarius, & non habebat prioratum in titulum. quia eſſet nimia impropriatio. nec obſtabat fuiſſe erratum in nomine iudicis. & ad conſilium Romani 343. quod ſumenda eſt interpretatio, per quam actus ſuſtineatur, reſponſum fuit verum eſſe, niſi fieret maxima impropriatio. vt hic. ſi verbũ. priori. interpretaretur pro commendatario. prout dicit Alciat. in tractat. præſumpt. Ita in cauſa Salamantina portionis, coram S. Cruce, 23. Martij 1547.

De reſtitutione in integrum.

DECISIO I.

RESTITVTIO, etiam in beneficialibus, non datur poſt quadrienniũ. vt in cauſa * Aſtoricenſi portionis, coram Mareſcoto. Vide Iaſ. conſ. 54. vol. 1. quod detur ex læſione. Cort. Iun. 211. 213. Et quod non detur, Fel. in c. 1. de præſcript. col. fin. Facit pro hoc. c. 1. de reſtitut. in integrum. lib. 6. Felin. in c. inquiſitionis. de accuſat. & in c. licet. de probat. & in c. lator. de re iud. Fuit etiam reſolutum in eadem cauſa, coram Puteo, quod ſententia lata poſt quadriennium eſt nulla. gloſſ. in d. Clem. & ibi Imol. & Anchar. & Doct. in l. petendæ. de temp. in integr. reſtit. & Iacob. in l. fin. eod. tit. Qui etiam dicit, tempus non poſſe prorogari niſi de conſenſu partium.

* deciſ. 59. lib. 1.

DECISIO II.

ITem, quod non datur reſtitutio in beneficialibus poſt quadriennium, tentũ eſt in cauſa * Cæſarauguſtana, coram Thanis, 27. Ianuarij 1546. non obſtante quod diceretur illam dari propter ignorantiam probationis inualiditatis reſeruationis aduerſarij. iuxta deciſ. Neap. 4. & conſt. regni fol. 310. Card. in Clem. 1. q. 25. hoc tit. Alex. conſ. 69. vol. 2. col. 4. & conſ. 250. vol. 7. Dec. conſ. 36. & 42. & idẽ dicebatur prout in matrimonio carnali. per Fel. in c. lator. de re iud. Sed pro deciſ. facit, quod. c. 1. de reſt. in integr. lib. 6. ſeruiret de vento. vt dicit Fel. in c. 1. de præſcript. col. 7. Dec. clarius conſ. 436. col. 1. in fin. ibi Tertio, quod de iure conſideratio vera. Et æquiparatio matrimonij carnalis non eſt bona, quia licet pars non poſsit agere, Ordinarius bene poteſt remouere intruſos in beneficijs. vt per Felin. in c. licet. Hely. de ſimon. & in c. ſicut. de re iud. Vide Ruin. conſ. 132. 2. vol. vbi, quod aduerſus tranſactionem, non habet locum remedium. l. 1. de reſcr. vend.

* deciſ. 60. lib. 1.

DECISIO III.

REſtitutio datur minori 25. annis, licet ſit maior 14. etiam in beneficialibus ſtante læſione.

læſione : & quod non eſt facta collatio aduerſario, qui agebat ad obſeruantiam concordiæ contra minorem, cuius procurator promiſerat cedere beneficiũ valoris 90. reſeruata penſione 8.duc. tantũ:maxime quia cõſtabat de bono iure minoris. Ita in cauſa * Ciuitatẽſi Capellæ maioris, corã Thanis 5.Martij 1543. Allegantur pro deciſ. not.in c.ex parte.de reſt. ſpol.& in l.ait prætor,in princ.ff.de minor. vbi dicitur, quod minor læſus ſui leuitate, vel dolo aduerſarij,reſtituitur. Nec obſtat quod maior 14. habetur pro habili & maiore, in beneficialibus, iuxta c.ſi annum. de iud.in 6. quia licet habeat legitimam perſonam ad agendum, tamen ſi lædatur poteſt reſtitui,vt per gloſſ.in l.vnic.ſi de mom. poſſ. fuer. appell. Ita tenent Doct. in d.c.ſi annum.& Doctor. maxime Iaſ.in l. exigendum.C. de procurat.& pulchre not.Bald.in d.l. vnica.in fin.Et iſta etiam procedunt ſi agatur de lucro, re tamen integra : ad l. quod ſi maior. §. non ſemper verſ.Scæuola.ff. de min.

* Deciſ. 437.lib. 1.

DECISIO IV.

RESTITUI debet,ſeu audiri per viam reſtitutionis, ille qui fuit impeditus per magiſtratum Mediolani ne compareret in curia. l.2. & ibi Bar.& Iaſ.ff.ſi quis cautio. Immo quando iudex eſt certificatus de impedimẽto,ſententia eſt nulla.Bart.& Alex.in l.quæſitum.ff.de re iud. Abb. in c. querelam.de proc.Immo etiam impeditus qui fuerat perſonaliter citatus,auditur probata læſione. Rot. 87.& 384. in nou.Aegid. 418. Ita pro prima concluſione tenuit Rota, in cauſa Cremonenſi damnorum, coram Io. Paulo 20.Apr. 1545. inter Cardinalem Rauennatenſem, & conductores.

DECISIO V.

REſtitutio non datur minori 25. annis læſo in beneficialibus,ſi res non ſit integra, quia beneficium ſit collatum alteri, ſi ipſe agat de lucro. vt in c.ex parte.de reſt.ſpol. Ita in cauſa Fulginatenſis prioratus. vt ſupra de valore.

DECISIO VI.

REſtitutio fuit conceſſa D. Remigio,medico Cardinalis Farneſij,qui appellauerat non data cedula. ex quo conſtabat de bono iure. Et licet non conſtaret, quod illi, qui eum præſentarunt,eſſent de deſcendentibus patronorum,fuit conceſſa remiſſoria ex quo erat in tertia inſtantia. Ita in cauſa Leodienſi parochialis de Sueſſa, coram Puteo. 13. Ianuarij 1548.

DECISIO VII.

REſtitutione conceſſa,prout de iure, retardanda eſt exequutio donec cognoſcatur an ſit danda reſtitutio.Sed ſi ſit præfixus terminus, & non ſit doctum de cauſa reſtitutionis, tunc ſit exequutio.& ſi tantum adduceretur bonum ius pro cauſa, non ſufficeret ad retardandam exequutionem. Nam ex quo per rem iudicatam viſus eſt iuri renuntiare, & ſententiæ acquieuiſſe, ſi admittatur iterum vt de bono iure cognoſcatur, illud eſt ex gratia. quo caſu militant fundamenta hic adducta, & quæ dicuntur in l. Imperatores.ff.de re iud. Ita in cauſa * Lucenſi Archidiaconatus, coram Veſtano, 17. Maij 1546.Caſſad. dec.4. num. 5. de dilat. Mar. Soc. conſ. 62.n.3. lib.1. * deciſ. 446.lib. 2.

DECISIO VIII.

PAupertas vel impedimentum, non ſufficit ad obtinendam reſtitutionem,niſi probetur quod quis,propter id non ſit proſequutus cauſam. Quia non ſufficit allegare impedimentum,niſi probetur quod fecerit diligentiam pro remouendo illo,& quod illud fuit cauſa,quare non fuit proceſſum. Ita in cauſa * Lucenſi Abbatiæ ſancti Vincentij 9. Aprilis,& 5. Maij 1546.coram Thanis. * deciſ. 436. lib. 2.

DECISIO IX.

MInor non reſtituitur ad dandum interrogatoria non data per tutorem, niſi doceat de læſione. iuxta deciſ. Aufrer. 53. Nam proceſſus valet circa media cauſæ, licet non defendatur. iuxta doctrinam Bald. & Paul.in l.cum & minores.C. ſi aduer.rem iud. Ita in cauſa * Meſſanenſi Baroniæ, coram Puteo, 18. Martij 1547. * deciſ. 25. lib.3.

DECISIO X.

REſtitutio non datur, quando exequutio eſt petita ante petitionem reſtitutionis, niſi in certis caſibus. Ita in cauſa * Oxomenſi penſionis, coram Puteo,inter Franciſcum de Herrera,& Ioannem de Hortigoſa. 1.Iunij 1545. Allegatur Alex.conſ.62.nu.6. vol.6.Rip.in l.4.§.cõdemnatum.n.3.ad fin. de re iud. Lanfranc. in c. quoniam contra. in verbo. exceptiones n.15.de prob.Sicut idẽ in cauſa nullitatis,diſtinguendo tenuit Caſtren.in auth.quæ ſupra.C. de precibus. * Vide deciſ. 377. lib.2.

DECISIO XI.

REſtitutio aduerſus tranſactionem, datur ſtante enormiſſima læſione. & dicitur enormiſſima ſi fuit vltra duas partes. Ita in

* In addit ad decis. 223. lib. 1.

causa * Parmẽſi tranſactionis, coram Mohedano 10. Decembris 1543. inter Danielem Pigoram, & hæredes Agnetis.

* In addit 1. ad eandem decis. 223. incip. contra iſtam.

Dominus Puteus in iſta cauſa * annotauit, quod Bar. in l. ſi quis cum aliter. de verbor. oblig. tenet, quod ſufficit quem eſſe deceptum vltra medietatem æſtimationis dubij litis euentus. ſecus ſi vltra dimidiam rei, prout valet in veritate. Alex. ibi dicit, quod opinio Dyni contraria, eſt verior, & tutior. & Aret. ibi col. 6. dicit, quod opinio contra Bart. eſt communior, & ibi Iaſ. col. 5. & Alexandr. conſ. 42. volum. 1. column. 5. & deciſ. Neap. 220. Curt. conſ. 66. col. antepen. & fin. Contrariam opinionem, quod immo dictum remedium l. 2. de reſc. vend. habeat locum in tranſactione, dicit communem Fabian. in tract. de empt. & vend. quẽ refert. Iaſ. in d. l. ſi quis cũ aliter. Licet in alio loco magis communem teneat contra Bart. Io. Baptiſta de ſancto Seuerino in tract. de tranſact. q. 12. Et dicit quod in iſto conflictu, eſſet eligẽda opinio relata per Decium, videlicet, aut ſumus in enormiſſima læſione, & tunc procedat opinio, quod habeat locum. Vide Ruin. conſ. 132. vol. 1. vbi quod habet locum remedium l. 2.

DECISIO XII.

LAeſio requiritur vltra dimidiã iuſti pretij etiam ſtante pacto de retrouendendo. vt in cauſa Parmenſi prætenſi ſpolij, coram Aquenſi de menſe Iunij 1541. inter Bonifacium Aldigerium, & Octauianum. Allegatur quędam deciſ. Capel. Tholoſ.

DECISIO XIII.

REſtitutio ſemel negata, non conceditur de nouo ex nouis probationibus interueniẽtibus circa læſionem ipſam. ſed bene ſi probaretur minor ætas, quæ non fuerat probata. & ita intelligitur dictũ Bart. in l. 1. C. ſi ſæp. in integ. reſt. vt declarat Angel. ibi, & idem Bart. in l. fin. C. ſi min. ſe maior. Ita tenuit Rota in cauſa * Romana domus, coram Proſpero. 16. Decembris 1547. Inter Philippum Leſſonum, & Epiſcopum Aquinatenſem.

* decis. 79. lib. 3.

DECISIO XIV.

REſtitutio non datur in cauſa ſpolij. vt per Caſſad. deciſ. 2. de dilat. Vbi hoc dicit incidenter.

DECISIO XV.

COmmunitas reſtituitur aduerſus publicationem teſtium. quia æquiparatur minori, & Eccleſiæ. Ita in cauſa Spoletana confinium, coram Puteo. 30 Martij 1543. inter D. Fabritium Celium, & Communitatem Caſtri Rocchæ Anulphorum. ſed præcedente tamen aliqua cauſæ cognitione, vt dicit Aegid. deciſ. 33. Vide Affl. 216. Abb. in c. auditis de reſt. in integr.

DECISIO XVI.

REſtitutio non datur poſt lapſum terminum ad examinandum teſtes nouiter repertos ſuper articulis iam datis, niſi docto de læſione. quia non dicitur in totum omiſſa probatio. Ita in cauſa * Toletana matrimonij, coram Aquenſi 15. Decembris 1544.

* decis. 119. lib. 2.

DECISIO XVII.

REſtitutio non datur in cauſa ſpolij, vt audio tẽtum corã Creſcentio in vna Vlixbonenſi beneficij, & fuit tentũ, coram Puteo, in vna Oxomenſi. Alleg. not. in l. 1. C. ſi de momen. poſſ. Vid. Caſſad. dec. 2. de dilat. vbi hoc dicit incidenter.

DECISIO XVIII.

IN eadem cauſa Romana domus 13. Aprilis 1548. fuit tentum, quod à ſententia denegationis reſtitutionis in integrum, licebat appellare. quia Aegidiana prohibet, tantum appellare, & cum ſit exorbitans non debet trahi ad reſtitutionem in integrum. vt patet ex gloſ. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. vbi prohibetur appellatio, tamen non negatur reſtitutio. Et ideo cũ petierit ſe reſtitui, ab ipſa denegata reſtitutione dicitur appellare, non autem à poſſeſſione. vt in l. 1. C. ſi ſæp. in integr. reſt. poſt.

DECISIO XIX.

CVm eſſet commiſſa cauſa nullitatis ſententiarum pro parte Andreæ de Bien, reſpectu certarum ſententiarum latarum contra eum, quæ reuocabant ſententias latas pro ipſo Andrea. & deinde doctum fuit, illas ſententias Andreæ eſſe bonas, & ideo Georgius Carneiro obtinuerit committi cauſam reſtitutionis in integrum aduerſus ſententias primas, quæ tranſierant in rem iudicatam, licet Andreas nunquam citauerit ad dicendum contra, neque vſus fuerit dicta commiſſione, dixerunt Domini, quadriennium debere inchoare à die præſentatæ commiſſionis. ex quo Georgius videns commiſſam cauſam nullitatis, putabat Andream velle proſequi. nec tenebatur quærere an primæ ſententiæ eſſent bonæ vel malæ, cum haberet præſumptionem pro ſe. Ita in cauſa * Vlixbonenſi, de Turribus Vedras 24. Februarii 1548. coram Achille.

* Vide decis. 35. lib. 1.

De

De reſtitutione ſpoliatorum.

DECISIO I.

PRæſumptiua probatio ſufficit ad probandum primum extremum. Ita in cauſa * Albaracinēſi parochialis de Huclama, coram Proſpero 9. Decembris 1547. Allegatur Dec. conſ. 125. poſt princ. Rota 408. 421. Dec. conſ. 428. & in rubrica de probationibus. nu. 24. Tamen videtur contra deciſionem Anchar. conſ. 42. Vide tamen Felin. in rubr. de probat. col. 3. vbi quando quæritur plena probatio, non ſufficiunt præſumptiuæ probationes.

* deciſ. 73. lib. 3.

DECISIO II.

SVfficit probare filiationem per reputationem, etiam ad effectum agendi ſpolio, ſtāte lapſu 60. annorum. Ita in cauſa * Anagnina caſtri, corā Puteo, 24. Ianuarij 1547. Et hoc tentum fuit non obſtante contraria fama de non legitimitate. * 4. Februarij 1547.

* deciſ. 306. lib. 2.

* deciſ. 2. lib. 3.

DECISIO III.

SI poſſeſſio, capta ſit eadem die per ambos, ſed prima clauſis ianuis, alia illis apertis, & ſecunda ſit continuata, non poteſt primus petere ſe reſtitui. Ita in cauſa Aſtoricenſi parochialis de Tabujello. 9. Nouembris, coram Puteo.

DECISIO IV.

LIcet ſpoliatus poſt reſignationem, ſi continuauit detentionem poſt reſignationē reſtituatur contra tertium ſpoliatorē. iuxt. deciſ. 1. de renunc. in nou. tamen non reſtituitur contra reſignatarium, vel ſucceſſorē reſignatarij. vt in cauſa * Burgenſi præſtimoniorum, corā Fabio, 5. Octobris. 1548. inter Franciſcum Peſqueram, & Gaſparem Ardaueda. Intellige. dummodo ſit reſignatio ſimplex. ſecus ſi conditionalis. quia tunc nō adimpletis conditionibus, reſignatarius diceretur ſpoliare, & reſignans ageret ſpolio. vt ſupra de reſig.

* deciſ. 238. lib. 3.

DECISIO V.

QVando agitur ſpolio pro beneficio vnito, non ſufficiunt, pro colore, verba enūciatiua vnionis, etiam prolata ab Ordinario. Ita in cauſa Burgenſi beneficij, coram Puteo, 25. Martij 1548.

DECISIO VI.

PRimum extremū non probatur ex eo, quod ſpoliatus oſtendat, alias fuiſſe latam ſententiam pro eo ſuper ſpolio. etiamſi ſententia ſit antiqua, & tranſiuerit in rem iudicatam. quia dicebatur, quod ſententia talis non probat poſſeſſionem, immo videtur cōtrarium, cum nō conſtet illam exequutam. Ita in cauſa Cauallicenſi grani & vini, coram Io. Paulo, 27. Ianuarij 1546. Contrarium tamen videbatur dicendum. ex not. per Dec. conſ. 42. 146. & 375. & 299. Ex quo præſumptio reſultās ex factis antiquis deberet ſufficere. & quia illa ſententia ſaltem declarat, actorem fuiſſe poſſeſſorem diu ante latam ſententiam, & ſpoliatum fuiſſe. ſed iſte non agebat ex illa antiqua poſſeſſione, quia petijſſet exequutionem ſententiæ. ſed agebat ad reſtitutionem prætenſæ poſſeſſionis, quam dicebat habuiſſe poſt ipſam ſententiam.

DECISIO VII.

SVfficit ſpoliato titulus qui ante ſpolium ſuperuenit, poſt adeptam poſſeſſionem per ipſum ſpoliatum. nec requiritur noua apprehenſio. iuxta conſ. Gem. 56. Ita in cauſa Cæſarauguſtana ſpolij, coram Proſpero, 4. Martij 1547.

DECISIO VIII.

SPoliatus canonicatu regulari, nō reſtituitur niſi probata profeſſione, tacita vel expreſſa. iuxta c. cum Apoſtolica de regular. Ita in cauſa Cæſarauſtana ſpolij, coram Proſpero, de menſe Maij 1547.

DECISIO IX.

EXpulſo de Eccleſia per Capitulum, debentur diſtributiones quotidianæ. & ſit cōdemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt. cum ſatis dicatur facta violentia perſonæ, etiam ſine armis. pro quo inducitur deciſ. 10. de reſt. ſpol. Ita in cauſa Cæſarauguſtana ſpolij, 27. Nouembris 1542. inter Capitulum, & Matthæum Paſquel ſpoliatū à Capitulo, coram Sarnenſi. Licet hoc forte nō procederet, ſi à priuato ſpoliatus fuiſſet. quicquid dicat Abb. in c. grauis. hoc tit. verſ. nunc venio ad ſecundū. col. 3. & col. 5. n. 13. & Aret. conſ. 17. col. 18. & Bar. in l. do mum. C. de rei vend. & Iaſ. in l. apud Iulianū. §. fructus. ff. de leg. 1. Qui dicunt, malæ fidei poſſeſſores teneri de percipiēdis. Et allegata fuit deciſ. vlt. de reſtit. ſpol. in antiq. vbi quando ſpoliator nullam cauſam habebat ſpoliandi, tenetur de percipiendis. Et ad idē facit dec. 10. eod. tit. Et facit pro hoc deciſ. 34. de re iud. in antiq. quæ loquitur de diſtributionibus. Et pōderabatur, quod violētia etiam ſit ſine armis. iux. text. in l. 1. §. interdictum. il 2. ff. de vi, & vi arm. ibi, non ſolum autem. & gloſſ. in verb. atrocem. & per Ang. d. l. 1. ff. ne quid in loc. pub. & in §. ſeq. & in l. 3. §. armis. ad fin. eod. tit.

DECISIO X.

EXceptio reſeruationis inficientis nedum titulum ſed etiam poſſeſſionem, debet admitti etiam poſt probatum ſpolium, & ſuſpenſo petitorio. iuxta not. late per Rip. in §. nihil commune. n. 81. Secus ſi non inficeret poſſeſſionem. & debet quis admitti ad illam iuſtificandam. Ita in cauſa Cæſarauguſtana de Villel, coram Puteo, 4. Ianuarij 1547. cum Ludouicus, prouiſus per obitum Ioannis à magno Magiſtro, diceret ſe ſpoliatum per Hieronymum, & probaſſet ſpolium, Hieronymus fuit admiſſus ad probandum ſuas habilitates, & ad dandum de regula reſeruatoria. tenebatur enim, pro iuſtificatione ſuæ gratiæ, probare habilitates. quia reſignatio erat facta in eius fauorem cum clauſula ſolita. & non alias nec alio modo. adeo quod non verificata gratia, ius remanſiſſet penes cedentem, & vacaſſet per eius obitum. Nam omnis exceptio percutiens poſſeſſionem, eſt admittēda. Rot. 439. quæ eſt 21. eodem tit. Soc. in l. rem quæ nobis. quæſt. 9. Abb. in c. in litteris. de reſtitut. ſpol. & facit Rip. vbi ſupra. n. 88. Et dicebatur in informationibus, quod non obſtante quod opinio Collectoris in dec. 16. de reſtit. ſpol. quod nō admittatur exceptio quæ venit extrinſecus probanda, quia ſemper venit aliquid probandum extrinſecus, vt quod deceſſerit in Curia, vel in menſe reſeruato. ac reſpondebatur ad Sarn. q. 10. de trienn. vbi dicit, quod exceptio execrabilitatis nō admittebatur. quia etiam probata incompatibilitate non inficiebatur poſſeſſio, ſed titulus tantum. Vid. in conſtit. execrabilis. an habeat decretum. & an ſit verum quod quis non admittatur ad probandum, quod defunctus eſſet familiaris, vel collector. quia dicebatur hic per informantes, quod illa opinio non eſt vera. Quod tamen puto diſtinguendum, an poſſet de facili & ſtatim probari, aut non. Adde, quod decretum regularum inficit poſſeſſionem. Soc. conſ. 67. col. fin. vol. 3. Fel. in c. in noſtra. coroll. 36. de reſcript. Guid. Papæ deciſ. 233. in fin. Et licet dicatur, reſeruationem inductam per extrauagantem. ad regimen. eſſe generalē, & nō ſpecialem. vt per Rot. 338. Fel. in c. in noſtra. coroll. 5. & Commen. regularum in reg. 1. tamen ſiue ſit generalis ſiue ſpecialis, inficit titulum & poſſeſſionem. vt per Caſſad. deciſ. 1. de reſtit. ſpol. & 1. de cauſ. poſſeſſ. & 57. in regulis. Obſtat tamē quod dicit Sarnen. q. 24. de trienn. quod habenti poſſeſſionem virtute expectatiuæ reuocatę, non obſtat decretum regulæ reuocatoriæ. Cui motiuo reſpondetur, quod ibi concurrit decretum tantum. hic vero decretum, & reſeruatio ſimul. ideo poſſeſſio magis inficitur. Et dixerunt etiam incidenter, quod licet eſſent probandæ habilitates per Hieronymum, tamen non tenebatur probare valorem. ea ratione, quia poſſeſſor. iuxta deciſ. Aegid. 471. & Felin. in c. ad aures. col. 3. Fuit tamē poſtea tentum, quod tenetur verificare valorem. vt ſupra de valore.

DECISIO XI.

REſeruatio propter familiaritatem Cardinalis, non impedit quin ſpoliatus reſtituatur. vt ſupra de præben. in verbo. reſeruatio.

DECISIO XII.

QVis dicitur habere titulum coloratum ex reſignatione facta in manibus conclauiſtæ, non obſtante regula reuocatoria facultatum huiuſmodi. Ita in cauſa Carthaginenſi beneficiorum, coram Aquenſi.

DECISIO XIII.

COncurrente poſſeſſione vnius, & ratificatione alterius eodem die, cum poſſeſſio prius capta fuiſſet per aſſertum procuratorem ratificantis, agentis ſpolio, reſolutum fuit, quod ipſe agens ſpolio, tenebatur probare anterioritatem. quia vult inferre ad delictum alterius, & ſic præſumptio eſt pro alio. Facit deciſ. Aegid. 25. & 235. & quod notat Felin. in c. capitulum. de reſcript. Facit, quia eſt præſūptio pro reo. vt per Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de nou. op. nūc. Alias eſſet ſecus. vt per Aegid. 688. & in nou. 13. vt lit. pend. Fel. in c. ſuper litteris. de reſcript. Ita in cauſa Cluſin. prioratus, coram Sarnenſi, 8. Maij 1541.

DECISIO XIV.

EXceptio incompatibilitatis, & execrabilitatis, probanda. & ſic, articuli ad hoc probandum, non ſunt admittendi, cum ſapiant petitorium. Ita in cauſa. * Conimbricenſi parochialis de Penna, coram Thoma, 4. Februarij 1541. Allegatur Oldrad. conſ. 227. Rot. 3. de reſtit. ſpol. in nou. Sed in contrarium Rot. 371. in antiq. alias 15. de reſt. ſpol. Rom. conſ. 499. Et ita etiam tentū fuit vt ſupra 23. Maij. dummodo non conſtaret in actis de execrabilitate. * deciſ. 270. lib. 1.

DECISIO XV.

CEdens ſub conditione quæ nōn adimpletur per ceſſionarium, poteſt agere ſpolio, etiam ſi recepit aliquas pēſiones à ceſſionario. Ita in cauſa Compoſtellana paro-

ro-

rochialis de Aldea nueua, coram Auguſtino, 14. Martij 1547. inter Alphonſum Maldonato, & Petrum de Caſtilla. Fuit enim dictum, quod per receptionem penſionum non videbatur renunciaſſe iuri ſuo. & quod poterat ſperare, quod adimplerentur conditiones. ſed in contrariũ allegatur dec. 19. de reſt. ſpol. in antiq. vbi quando fuit tradita poſſeſſio conditionaliter, poſſeſſio eſt bona. Sed reſponſum fuit, quod hic non fuit tradita poſſeſſio, ſed ius. pro quo allegatur Innoc. in c. cum olim. de reſt. ſpol. & Card. in c. mandatum. col. 6. verſ. nono quæro. de reſcript. & idem Card. in d. c. cum olim.

DECISIO XVI.

EXcommunicatus non reſtituitur, quando reperitur excommunicatio probata in actis. nec excommunicatus habet titulum coloratum, quia collatio illi facta non tenet. c. poſtulaſti. de cler. excommun. & exceptio inhabilitatis obſtat agenti ſpolio. Affict. 361. Facit quod not. Fel. in c. in noſtra. coroll. 36. & Samnen. q. 51. de trienn. Caſſad. 1. de præben. Ita in cauſa * Conchenſi capellaniæ de Belmonte, coram Reomano, 16. Decembris 1547. inter Hieronymum Guedeia, & Petrum de Sarria. * deciſ. 98. lib. 3.

DECISIO XVII.

TItulus diſcoloratur, ſi probetur quod beneficium non ſit in dominio Venetorũ. quia Nuncius, qui contulerat beneficium non habebat iuriſdictionem extra dominiũ. Ita in cauſa Concordienſi capellaniæ, corã Puteo, 28. Ianuarij 1544. Faciunt notat. per Innoc. in c. in litteris. hoc tit. text. in l. fin. de iuriſd. omn. iud. Rot. 5. hoc tit. in antiq. Tamen poſtea, 1. Februarij 1544. fuit tentũ, quod eſſet titulus coloratus. ex quo ciuitas Concordienſis, & maior pars diœceſis, erat ſub dominio Venetorum. Allegatur Abb. in c. paſtoralis. in fin. de priuileg. & Bart. in l. 1. §. fin. de rei vend.

DECISIO XVIII.

POſt monitorium Auditoris Cameræ de nõ moleſtando poſſeſſorem in ſua poſſeſſione ſub cenſuris, ſi quis ſpoliat alium, non dicitur attentare. vt in tit. vt lit. penden. licet dicatur ſpoliare.

DECISIO XIX.

LIcet ſecundum Bart. in l. 1. §. adipiſcimur. de acq. poſſ. pupillus non poſſit capere poſſeſſionem ſine auctoritate tutoris. tamẽ Bart. communiter reprobatur. vt ibi per Aret. & Iaſ. Et ita tentum eſt in cauſa * Eſina canonicatus, coram Puteo, 5. Nouembris 1543. * deciſ. 47. lib. 2.

DECISIO XX.

AN, in iure exigendi primitias per plebanum, diſtinguatur petitorium à poſſeſſorio. fuit tentũ quod ſic. Allegatur in terminis conſ. Barbat. 49. vol. 3. Ita in cauſa Fauentina primitiarum, coram Fabio, 19. Ianuarij 1543.

DECISIO XXI.

REſtituendus non eſt illegitimus * cum conſtat de illegitimitate ex eius confeſſione. ſi tamen habet mandatum de diſpenſando, an ſufficiat vide ſupra de diſpenſ. * deciſ. 241. lib. 1.

DECISIO XXII.

SPoliatus poteſt agere ſpolio contra illum qui agit petitorio contra eius ſpoliatorem, & virtute brachij ſecularis erat ingreſſus poſſeſſionem. etiam quod iſte allegaret, conſtare notorie, ex actis, beneficium eſſe de iurepatronatus. quia fuit dictum, quod poſſent fieri mille colluſiones. Ita in in cauſa Maioricenſi S. Vincentij, coram Puteo, 4. Martij 1547. inter Ioannem Baptiſtã de Camerino, & Ioannem de Anguiano.

DECISIO XXIII.

TItulus coloratus ſatis dicitur, ſi in prouiſione facta Titio, dixit beneficium certo modo vacare, quia Ordinarius, qui habet viſitare, & poteſt beneficiatos priuare, poteſt etiam atteſtari, quod beneficium vacat. & ei ſtandum eſt ad effectum vt ſpoliatus reſtituatur. Ita in cauſa nullius, ſeu Parmenſi capellaniæ, coram Auguſtino, 16. Nouembris 1547. contra Ioannem Baptiſtã Ricaſelli, pro Petro de la Filera.

DECISIO XXIV.

LIcet teſtes, inter alios examinati, faciant ſemiplenam probationem, in antiquis tamen non ſufficiunt pro primo extremo, cum ſemiplena habeat etiam ſuos gradus. Soc. conſ. 270. conſideratis his. verſ. iſta concluſio. circa med. vol. 2. Felin. in c. veniens. il 3. de teſtib. in apoſtill. Ita in cauſa Parmenſi & Placentina iuriſdictionis, coram Puteo, 2. Nouembris 1543. Vide Felin. in rubr. de probat. vbi quod quando requiritur plena probatio, non ſufficit præſumpta.

DECISIO XXV.

NOtorie non dicitur conſtare de nõ iure, niſi poſt concluſionem in cauſa, Et quãdo

do cõſtaret. fuit dictum, quod licet ex actis conſtet de non iure, tamen per hoc non excluditur reſtitutio. Ita in cauſa * Parmenſi pecunaria, & bonorum, inter Michaelem Caſalium, & Liuiam Palauicinam, coram Puteo, de menſe Maij 1545. circa fin. Allegatur Felin. in c. ad petitionem. de accuſ. col. 4. Abb. in c. laudabilem. vt lit. penden. gloſ. in c. ſignificauerũt. de teſtibus. Loffred. conſ. 32. Et licet Aegid. dec. 404. videatur in contrarũ, tamẽ tenet Rot. dec. 393. eſt 16. de reſt. ſpoliat. & Caſſad. 1. de reſtit. ſpol. & Sarnen. q. 5. de non iudic. iuxta formam ſupplicat. in fin.

* decif. 176. lib. 2.

DECISIO XXVI.

Licet in his quæ haberi non poſſunt ſine titulo, non poſsit agi poſſeſſorio, niſi iuſtificato titulo. vt dicit dec. 3. de reſt. ſpol. in antiq. tamen hoc non eſt verum ita ſimpliciter. vt tenet Abb. in c. cõſtitutus. col. 2. in fin. de elect. verſ. & aduerte quia prædicta. Butr. in c. cõſtitutus. de fil. presb. And. de Ifern. in §. prætereа ſi filius. in tit. de prohibit. feud. alien. per Feder. col. antepen. & Matth. de Afflict. in conſtit. regni fol. 75. col. 1. in fin. & ſeq. verſ. in contrarium inſurgit. alias lib. 1. in tit. de viol. circ. poſſeſſ.

DECISIO XXVII.

Primum extremum probatur per teſtes de auditu. maxime ſi deponant de publica voce & fama in antiq. vltra 100. annos. Ita in cauſa * Placentina iuriſdictionis caſtri, pro Illuſtriſsimo Camerario, de menſe Februarij 1541. Allegatur optimum conſilium Caſſan. 54. ex narratis. col. 5. verſ. ſed denuo ad principale intentum. Vide ſupra deciſ. 21. hoc tit.

* decif. 72. & 74. lib. 2.

DECISIO XXVIII.

Remedium c. reintegranda. perpetuo competit, nec datur præſcriptio. Ita in cauſa * Placentina caſtrorum, coram Io. Paulo, de menſe Martij 1541. inter Reuerendiſsimum D. Camerarium, & Comites de Rubeis. Allegantur plures Doct. in d. c. redintegranda. & gloſſ. fin. in c. 2. de reſtit. ſpol. & ibi Card. Io. Andr. Imol. Licet Abb. teneat contrariũ. & Balb. in tract. præſcript. q. 34. 4. par. Et pro iſta parte tenet Alex. conſ. 92. vol. 5. Dec. conſ. 57. in fin. licet contra conſ. 302. & Soc. in l. rem quæ nobis. tenet pro deciſ. Et ita tenet Caſſad. dec. vltima ſeu 6. hoc tit. & Sarnen. in regula de trienn. q. 114 in fin. Alex. conſ. 118. & 90. vol. 5. & in l. 3. §. genera. circa fin. de acq. poſſ.

* decif. 110. lib. 2.

DECISIO XXIX.

Actio ſpolij tranſit in primogenitum, ſuccedentem in caſtro ex prouidentia aui, etiam quod ipſe nõ ſit hæres patris, qui fuerat ſpoliatus. quia interdicta iſta ſunt in rem ſcripta. & ſic ex quo dominium tranſit in iſtum, etiam in eum tranſit iſta actio. Ita in cauſa * Placentina caſtri Sarmati, de qua ſupra, 14. Nouembris 1544. Allegatur Bart. in l. ſi tertius. §. ſi priuſquam. de aqua quotid. vel æſt. & ibi Paul. §. pen. inſt. de interdict. l. 1. in fin. ff. de interd. Rip. in c. ſæpe. de reſt. ſpol. nu. 26.

* decif. 172. lib. 2.

DECISIO XXX.

Litteræ Legati expeditę in forma. rationi congruit. ſufficiunt pro titulo colorato. Ita in cauſa * Regienſi S. Iacobi, coram Aquenſi, 16. Maij 1541.

* decif. 148. lib. 1.

DECISIO XXXI.

Reſtitutio datur ad ſtatum. ex quo fuerat facta locatio macelli ad annos 17. & Hebræi ſoluerant pluribus annis ſcuta 30. quolibet menſe. Petebatur reſtitutio ad ſtatum exigendi iſta ſcuta 30. quolibet mẽſe. Ita in cauſa * Romana macelli Hebræorum, coram Peregrino, 17. Nouẽbris 1544. inter Hebræos, & Antonium, & Curtium de Capiſucchis. Allegatur Afflict. dec. 395. vltra Doct. in c. querelam. de elect. Et iterũ reſolutum eſt 10. Decembris dicti anni.

* decif. 166. lib. 2.

DECISIO XXXII.

Executabilitas. probatur etiam per confeſſionem extraiudicialem, ad impetrandã reſtitutionem. vt in * ſeptenſi ſupra de confeſſ.

* Decif. 53. lib. 2.

DECISIO XXXIII.

Agens ſpolio, licet probet ſe fuiſſe in poſſeſſione virtute prouiſionis Ordinarij quæ non erat bona, etiam ſi poſtea habeat nouam prouiſionem, tenetur probare quod poſſeſſionem primam continuauit, ad hoc vt poſsit reſtitui. Nec præſumitur hoc caſu continuatio, cum ſit actor, & potuiſſet contingere eum fuiſſe ſpoliatum ante nouam prouiſionem. quia licet conſtaret ſpoliatorem hodie poſsidere, non apparet quando incœpit poſsidere. Ita in cauſa Sorana Archidiaconatus, coram Peregrino, 27. Iunij 1544. inter Antonium Simonis, & Antonium de Cona.

DE-

DECISIO XXXIV.

DIſpoſitio l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. non habet locum niſi in ſpolio violẽto. item in clandeſtino, quando quis non admiſit ſpoliatum ſtatim venientem. Ita in cauſa Spoletana ſpolij decurſus aquarum, coram Raynaldo, 21. Iunij 1540. Pro primo dicto allegatur Bald. in prælud. feud. in col. fin. in fin. Pro ſecundo allegatur l. clam poſſidere. §. ad nundinas. vbi qui nõ admittit reuertentem, dicitur vi poſſidere.

DECISIO XXXV.

CApta poſſeſſione per meum aſſertũ procuratorem, quem poſtmodum conſtitui ad capiendum poſſeſſionem quorumcunque beneficiorum, collatorum & conferendorũ, ego videor ratificaſſe poſſeſſionem iam captam. etiam ſi non probetur, quod habuerim ſcientiam de tali poſſeſſione, ſed bene de collatione. adeo quod ſi poſt tale mandatum ſequatur ſpolium, poſſum agere redintegranda. Ita in cauſa Spoletana capellaniæ S. Leonardi, inter Bartholomeum Eraſmi, & R. Aquitanum, 13. Aprilis 1548. corã Auguſtino. Allegatur text. in l. Iulianus. ff. qui ſatiſd. cogãt. Rota 454. Doct. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandaui. de acquir. hæred. Curt. conſ. 63. vbi de communi. Iaſ. in d. l. Iulianus. Item quod ſatis dicitur ſpeciale mandatum hoc caſu. licet non ſit facta mentio in ſpecie de iſto beneficio. Allegatur Bald. in l. vnic. C. etiam per procur. Alex. conſ. 189. vol. 7. n. 7. Abb. in c. accedẽs. in 2. col. de præbend. Felin. in c. nonnulli. in §. ſunt & alij. col. 8. Caſſador. deciſ. 1. de procur. Quod autem non requiratur ſcientia, allegatur Alex. conſ. 146. col. 3. vol. 5. & 112. eod. vol.

DECISIO XXXVI.

LAta ſententia ſuper petitorio, pro eo qui probauerat dominium, licet eſſet commiſſa cauſa ſuper petitorio & poſſeſſorio ſimul, & conſtaret de ſpolio, tamen voluerunt Domini, quod petitorium abſorberet poſſeſſorium hoc caſu. per text. in c. cum dilectus. de cauſ. poſſ. Alex. conſ. 130. vol. 5. Ita in cauſa * Sabinenſi caſtrorum, coram Aquenſi, 18. Februarij 1541.

* deciſ. 78. lib. 1.

DECISIO XXXVII.

SPonſalibus contractis inter impuberes, ſi ante pubertatem ſponſa ſubtrahatur vel recedat, non poteſt agi ſpolio. Ita in cauſa * Senenſi ſponſalium, coram Aquenſi, 3. Ianuarij 1545.

* Deciſ. 201. lib. 2.

DECISIO XXXVIII.

COmmittens vltimum ſpolium, non cadit à iure ſuo quin facta reſtitutione non poſſit agere ſpolio contra ſuum ſpoliatorẽ. quia pœna. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. de æquitate canonica nõ habet locum. propter dictum Baldi in prælud. feud. col. fin. in fin. In ſpolio autem violento, Domini tenebant quod eſſet prodita actio agendi ad primum ſpolium. & etiam quando quis eſſet ingreſſus clandeſtine, & poſſeſſore veniente eum non admiſit, tunc, quia ſpolium clandeſtinum tranſit in violentum, etiam proderetur actio. Et hoc quando incontinenti veniſſet, & non fuiſſet admiſſus. Ita in cauſa Spoletana decurſus aquarum, coram Raynaldo. 21. Iunij 1540.

DECISIO XXXIX.

REſtitutio non datur contra habentem acceſſum, licet ſpoliatus, qui ingreſſus fuerat virtute gratiæ expectatiuæ, etiam haberet nouam prouiſionem. iuxta deciſ. Caſſad. 2. hoc tit. Ita in cauſa * Toletana parochialis de Zolia, coram Thoma, 16. Maij 1544. Dictum enim fuit, quod decretum afficit etiam prouiſiones Papæ. c. pen. de præbend. lib. 6. Nec noua prouiſio præſumitur impetrata ab eo. Card. conſ. 25. col. 2. Nec præſumitur mutatio cauſę poſſeſſionis. per Soc. conſ. 131. col. 3.

* deciſ. 158. lib. 2.

DECISIO XL.

CLerici petentes decimas in aliena parochia, non obſtante quod probarent ſe fuiſſe in quaſi poſſeſſione illas exigendi, tenentur probare titulum. Ita in cauſa * Veronenſi decimarum, coram Puteo. 17. Nouembris 1542. inter Epiſcopũ Corcyrẽſem, & clericos plebis Ronchi. Rota enim dixit eſſe caſum c. ad decimas. de reſt. ſpol. lib. 6. Et licet in contrarium allegaretur Franc. in d. c. ad decimas. col. 3. verſ. quarto limita. nihilominus dicebatur, in contrarium eſſe conſilium Alex. 70. vol. 3. col. 1. & Aegid. 445. qui declarant text. in c. cum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. qui allegabatur contra d. c. ad decimas. Et dicebatur, non requiri ibi titulum, quia plures coniecturæ concurrebant pro poſſeſſione clericorum. Et fuit dictum non obſtare, tex. in c. antiquos. 10. q. 1. quia ille text. loquitur de iure antiquo, antequam eſſent diſtinctæ diœceſes. vt declarat Abb. in c. cum contingat. 1 de decimis. col. 2. verſ. ſecundo caſu principali.

* deciſ. 81. lib. 1.

De ſententia excommunicationis.

DECISIO I.

EXcommunicatus non facit fructus ſuos. Rot.8. hoc tit.in ant. Doct. in c.paſtoralis. §.verũ. de appell. Rip.in c.1.de iud.& in c.Apoſtolicę.de except. & ibi Felin. col.5. & 11. Ita in cauſa * Brixienſi fructuum, coram Sarnenſi 6.Martij 1542. * decif. 163. lib.1.

DECISIO II.

VErba ſtabilimentorum de ſoluendis annatis in religione Hieroſolymitana,ſub pœna priuationis habitus & beneficiorum, ſunt ferendæ, non latę ſententiæ. quidquid dicat Felin. in c.ſicut. de ſimon. qui eſt corruptus. quia communis eſt in contrarium. vt per Alexandrin.in c.Salernitana.63.diſt. quod procedit, etiam quod verba illa dicerentur prolata à lege. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana præceptoriæ de Villel, coram Puteo, 8.Iunij 1548. * decif. 129. lib.3.

DECISIO III.

QVando cenſuræ ſunt fulminatæ extra curiam,datur abſolutio.* præſertim ſi dicatur de nullitate. iuxta doctrinam Abb.in c.cum contingat. de off.deleg.Et licet Abb.dicat dari abſolutionem data cautione, hoc non ſeruatur. vt tentum fuit in cauſa Segobienſi iuriſdictionis, coram Mareſcoto, 3. Maij 1541. inter Capitulum & Epiſcopum Segobienſem. * Vide decif. 39. lib.1.

De ſequeſtratione poſſeſsionis, & fructuum.

DECISIO I.

SEQVESTRVM non eſt apponendum, quando ſententia fertur ſuper attentatis. quia vere non dicitur iudicari ſuper poſſeſſorio, & non iuſtificatur titulus. Allegatur Aegid. dec.54.& Caſſad.dec.2.hoc tit. Ita in cauſa * Barchinonenſi S. Bartholomæi, coram Puteo, 12.Octobris 1543.inter Ioannem de Spelol, & Michaelem de Aragal. * decif. 35. lib.2.

DECISIO II.

IN caſu proximæ deciſionis fuit tentum, quod violans ſequeſtrum prædictum non inciderat in pœnã Clem. * die 5. Nouembris 1543. Facit doctrina Card. in d. Clemen.in 1.oppoſ. Et ratio eſt, quia hic conſtabat clare,iudicem non potuiſſe decernere.quidquid dicat Rota dec.vnic.hoc tit. in antiq.& Biſig. 2.& Caſſad.5. * decif. 46. lib. 2.

DECISIO III.

SEqueſtrum concedendũ eſt,conſtito de dilapidatione bonorum. vt per Doct. in c. fin.hoc tit.Ita in cauſa Bononienſi de Paſijs, coram Proſpero,5. Decembris 1547.Et fuit dictum, quod non reuocatur decretum nullum,quando de nouo eſſet concedendum. Dec.conſ.191.

DECISIO IV.

SEqueſtrum decretum pro Titio contra poſſeſſorem,me citato non reuocatur,licet ego obtineam tres ſententias ſuper ſpolio contra eundem Titium. quia ſi non eſſet datum, pro primo dandum eſſet. Ita in cauſa * Carthaginenſi ſequeſtri, coram Marſicano, 24.Aprilis 1542. * decif. 303. lib.1.

DECISIO V.

SEqueſtrum decretum contra poſſeſſorem triennalem * non eſt nullum, licet iniuſtum: non obſtante quod Innocentiana dicat, quod poſſint decerni ſequeſtra iuxta formam Clem.quæ excipit iſtum caſum.Ita in cauſa Lunenſi Sarzanenſi parochialis de Nicola,coram Pighino, 13.Martij 1545. * Vide decif. 346. lib. 3.

DECISIO VI.

STandum eſt curſori,& eius relationi,quod quis acceptauerit ſequeſtrum, licet non videatur referre de concernentibus eius officium. Ita in cauſa * Romana ſequeſtri, coram Roſſanenſi. Allegatur Bart. in l. ex conſenſu. §.fin.& ibi Ang.col.24.de appell. & Card.Alex.in c.cum parati. de appell. in pen. col.& fin.Et Rota 355. dicit quod magis creditur curſoribus, quam alijs. * decif. 187. lib.3.

De Simonia.

DECISIO I.

CONVENTIO de reſignando reſeruata penſione,etiam cum facultate transferendi, non eſt ſimoniaca. Ita in cauſa Aſtoricenſi penſionis, coram Achille, 22. Octobris 1548.

DE-

DECISIO II.

PRæſentatio de aliquo ad parochialem, cum hoc, quod retineat duos capellanos Bononienſes in Eccleſia, & faciat vnum ſcholarem, dicitur ſimonica, vt in cauſa * Bononienſi S. Thomæ, coram Puteo, 27. Martij 1549.

* deciſ. 213. lib. 3.

DECISIO III.

SImoniaca fuit tenta reſignatio, ex quo eadem die factum fuit mandatum ad reſignandum, & aliud adr etrocedendum, reſeruato regreſſu, maxime quia alius habebat regreſſum per deceſſum vltimi poſſeſſoris. Ita in cauſa Calaguritana ſpolij portionis, coram Mohedano, 28. Ianuarij 1547.

* Vide deciſ. 513. lib. 2.

DECISIO IV.

SImoniaca etiam fuit habita prouiſio, cum Vicarius Epiſcopi ſubſtituerit alium Vicarium, & coram eodem notario & teſtibus ſubſtitutus contulit beneficium Vicario ſubſtituenti, propter correſpectiuitatem. iuxta not. per Doct. in l. lecta. ſi cert. pet. Aegid. deciſ. 12. Sarnen. q. 12. de trienn. nu. 11. Corn. conſ. 36. & 57. volum. 3. Ruin. conſ. 42. vol. 1. col. fin. Ita in cauſa Calciatenſi canonicatus & præbendę, coram Fabio, 13. Aprilis 1548. Nõ obſtat Cardinalis in c. tua nos. de ſimon. quia illud dictum non tenetur. Dicit tamen Ananias ibi, & Dec. in c. ex parte. de off. deleg. quod prę ſumpta, aut mẽtalis ſimonia, actum non vitiat. & præſumptio ſimoniæ, non ſufficit ad condemnationem. c. litteras. de præſumpt. Facit, quia in dubio pro non delicto. & c. Item faciunt notata per Dec. in l. bonæ fidei. in 1. col. verſ. non omitto. C. de pact.

DECISIO V.

LIcet in mandato dicatur, quod cum decreuerit reſignare in fauorem N. ideo conſtituit procuratorem ad reſignandum libere in manibus Epiſcopi, & ad petendum conferri dicto N. tamen Rota tenuit non eſſe ſimoniacam reſignationem. iuxt. dec. 2. Caſſad. hoc tit. 30. Octobris 1545. in cauſa Concordienſi capellaniæ, coram Puteo, inter Petrum Albiano, Alexandrum Trucconem.

DECISIO VI.

CVm fuerint datæ pecuniæ cuidam parafrenario, vt nominaret alium loco ſui, & nominatus dixerit nolle vti nominatione, ſed quodam alio breui ſibi conceſſo, Domini dixerunt, quod ei obſtabat ſimonia etiã reſpectu breuis, cum ex coniecturis conſtaret, quod breue conceſſum fuerat propter nominationem. Ita in cauſa Gerundenſi canonicatus, coram Io. Paulo, 9. Martij 1543.

DECISIO VII.

COnſenſus, ſi præſtetur à tergo litterarum Ordinarij, cenſetur reſignatio facta in fauorem certæ perſonæ. vt ſupra de renunc. Ratio eſt, quia omnia videntur facta vnico contextu, ſicut dicimus eſſe ſimoniaca mandata correſpectiua ad cedendum & retrocedendum, coram eodem notario & teſtibus.

DECISIO VIII.

FAcultates Nunciorum, dum dicunt quod poſſint reſeruare penſiones ex cauſa reſignationis, ipſis cedentibus vel alijs perſonis, non intelliguntur quod poſſint admittere reſignationem in fauorem certe perſonæ. Ita ſupra de offic. deleg. in cauſa Siluenſi.

DECISIO IX.

NOtarius rogatus de inſtrumento ſimoniaco, non poteſt ſe iuuare ex tali inſtrumento, ad docendum quod aduerſario nullum ius competat. Ita in cauſa * Toletana de Alpedrete, coram Proſpero, 20. Nouembris 1545. Allegatur Abb. in c. ex litteris. de tranſact. Et iterum ita reſolutum eſt 6. Nouembris 1546.

* deciſ. 121. lib. 2.

DECISIO X.

COmmittens ſimoniam conuentionalem, efficitur inhabilis ad obtinendum etiam alia beneficia. vt in cauſa * Toletana Theſaurariæ, coram Peregrino, 13. Iunij 1548.

* In additi. ad deci. 80. lib. 2.

DECISIO XI.

SImoniaca non fuit coadiutoria, ſi eadem die fuerunt arrendati fructus eidem, & ſolutum precium anticipatum. Ita in cauſa * Hiſpalenſi canonicatus S. Saluatoris, corã Puteo, 9. Martij 1543.

* deciſ. 167. lib. 2.

De ſolutionibus.

DECISIO I.

SOlutio fructuum condemnatorum, etiam in ſpolio, facienda eſt in partibus, nõ in curia. per not. per Iaſ. poſt Paulum in l. ſed & ſi ſuſceperit. in 2. col. ff. de iud. Et non obſtat l. ſi res mobilis. de rei vendic. vt ibi declarat Angel.

Ita

Ita in cauſa Carthaginiẽſi liquidationis fructuum, coram Auguſtino, 5. Martij 1548. & 30. Aprilis, & 14. Maij.

DECISIO II.

Fideiuſſores non liberantur in totum, ſi debitor principalis det in ſolutum creditori res aliquas, quæ ab ipſo creditore euincantur, & ipſe debitor efficiatur non ſoluendo. iux. dictum Spec. in tit. de fideiuſſ. §. 1. verſ. pone. &c. quem ſequuti ſunt Domini in cauſa Romana fideiuſſionis ſeu Sarzarum, coram Thanis, 6. Aprilis 1543. Licet in contrarium allegetur communis opinio Doct. in l. ſi quis alia. ff. de ſolut. & in l. eleganter. in princ. de pignor. act.

DECISIO III.

Poſt tres ſententias, præſertim ſuper ſpolio latas, quis nõ admittitur, quod audiatur dimiſſa poſſeſſione, & reſeruatis expenſis, conſtito de paupertate. iuxta deciſ. 22. de reſt. ſpol. in antiq. Et ideo, cum Prior & Conuentus monaſterij eſſent condemnati per tres ſententias in ſpolio latas, obtinuerunt commiſſionem quod deputaretur Oeconomus, qui reciperet fructus monaſterij, & ſupportatis oneribus ſatisfaceret aduerſario. Et licet opponeretur, quod iſti non deberent audiri, Rota deputauit Oeconomum. in cauſa Tiraſonẽſi Prioratus S. Martialis, coram Io. Paulo, 17. Iunij 1541. inter fratres dicti monaſterij, & Capitulum de Tudela.

DECISIO IV.

Poſt tres ſententias quis non auditur, nec admittitur ad c. Odoardus. vt in cauſa * Toletana parochialis della Strella, coram Io. Paulo, 22. Iunij 1545. inter Martinum de Corduba, & Epiſcopum Solis. Primo enim 22. Iunij 1541. fuit dictum, quod, ex quo tempore ſpolij commiſſi, Martinus erat ætatis 9. annorum, & ſic carebat dolo, quod eſſet excuſandus. ſed poſtea 27. Iunij 1542. ſupplicato quod Martinus excuſaretur à dolo vſque ad primam ſententiam, & quod eſſet paratus parere quo ad expenſas ſecundæ & tertiæ inſtantiæ, Rota voluit eum admitti ad ceſſionem bonorum, quo ad fructus & expenſas primæ inſtantiæ. ex quo tunc ceſſabat dolus.

* Vide deciſ. 54. lib. 1.

De ſponſalibus, & rebus matrimonialibus.

DECISIO I.

Dotalia inſtrumenta non requiruntur, vbi ſunt alij filij legitimi, & naturales. Ita in cauſa Anagnina caſtri, coram Puteo, 4. Maij 1547. Allegatur Bald. in l. cum mulier. C. de don. ant. nupt.

DECISIO II.

Qvando contrahitur matrimonium cum concubina, quæ non eſt vilis, ſed honeſtis parentibus nata, etiam ſine dotalibus inſtrumentis filij legitimantur. iux. dec. Caſſad. vnic. de ſponſalibus. quidq id dicat Ruin. conſ. 1. vol. 1. col. 2. & Marian. conſ. 62. Cepol. caut. 147. & 150. Curt. Iun. in conſ. 236. num. 10. Ita in cauſa præfata, 13. Maij 1547. Et hoc etiam ad effectum poſſeſſorij.

DECISIO III.

Edicta proponenda ſunt in loco maiorum. iuxta not. per Alexandr. in c. fin. de clandeſt. deſponſ. col. 3. Et conſ. Pariſ. 13. & 14. vol. 2. procedit in loco vbi eſt conſuetudo, quod non fiant edicta. Ita in cauſa Coloníenſi illegitimitatis, coram Puteo, 18. Iunij 1548.

DECISIO IV.

Bona fides non præſumitur in illo, qui cognouit veſtitam in habitu monialium, licet eſſet dubium, an eſſet profeſſa, & an eſſet beguina. ex quo non fuerunt facta edicta, licet probatum eſſet quod non habebatur pro profeſſa: & filij fuerunt habiti pro legitimis per 40. annos ante motam litem. Ita in cauſa præfata, 10. & 20. Maij 1549.

DECISIO V.

Licet in contrahendo matrimonium requiratur ſimultaneus conſenſus. vt notant Doct. in c. fin. de procur. in 6. tamen etiam inter notos poteſt contrahi per litteras, dũmodo expreſſe acceptentur. vt not. Doct. in d. c. fin. & gloſſ. in verbo. contraxerit. Nec ſufficit ſola receptio litterarum, etiam ſine proteſtatione. Ita in cauſa Colonienſi matrimonij, coram Maceratenſi, 16. Aprilis 1543.

DE-

DECISIO VI.

CONfeſſio impuberis ſuper matrimonio, etiam iurato, non ligat. vt ſupra de conſ.

DECISIO VII.

SEqueſtranda non eſt mulier quæ eſt cum alio viro, licet alter prætendat eam eſſe eius vxorem, cum alius non ſit ſpoliandus donec ſit declaratum. Ita in cauſa Neapolitana prætenſi matrimonij, coram Puteo, 16. Maij 1549. & idem 27. Maij.

DECISIO VIII.

PRoles efficitur legitima, ſi quis ſit diſpenſatus per Legatum, etiã ſine cauſa rationabili ſuper publica honeſtate etiam poſt lapſum 18. annorum. Quia licet hæc ſufficiant quo ad hoc vt filij dicantur legitimi, & poſſint ſuccedere, ſtante tamen bona fide ipſorum diſpenſatorum. iuxta text. in l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nuptiarũ. tamen quia propter fideicommiſſum in quo requirebatur, filios natos eſſe ex legitimo matrimonio, fuit tentum, diſpenſationem non eſſe bonam. per tex. in c. cum ad monaſterium. de ſtat. monach. Ita in cauſa Parmenſi ſtatus, & bonorum, coram Puteo, 16. Aprilis 1548. inter D. Sigiſmundum de Palauicinis, & Rangonos. Allegatur Soc. conſ. 47. vol. 2. nu. 31. Boer. deciſ. 264. nu. 25. Soc. conſ. 240. In contrarium allegatur Dec. in conſ. 393. 343. 574. 579. 602. 603. col. 3. Pariſ. conſ. 68. vol. 4. nu. 24. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. nu. 39.

DECISIO IX.

SEntentia lata inter virum & vxorem, licet quo ad ipſos præiudicet, tamen ſi hæredes viri poſtea litigant cum ſecũda vxore mortui, & ad probandum quod mortuus habebat aliam vxorem, producant ſententias latas inter eum & primam vxorem, quæ declarant inter eos fuiſſe matrimonium ſententiæ huiuſmodi non probant ſine proceſſibus. ſaltem cum ſit res inter alios acta. Ita in cauſa Venetiarum matrimonij, coram Maceratenſi, 8. Iunij 1541. inter Lauram, & Petrum Triuiſium.

De Teſtamentis.

DECISIO I.

AES alienum, detrahendum eſt antequam hæres hæreditatẽ tradat vſufructuario vniuerſali. iuxta conſiliũ Dec. 485. in fin. Et ita tentum in cauſa Balneoregienſi, coram Tolomeo, 11. Decembris 1541. inter Maerbalem, & Vicinum fratres de Vrſinis.

DECISIO II.

COnditio in inſtitutione hæredis, ſi impetrauerit diſpenſationem infra annum, quod nõ obſtantibus ordinibus ſacris poſſet contrahere matrimonium, reicitur. Ita in cauſa * Barchinonenſi hæreditatis, coram Io. Paulo, 23. Ianuarij 1544. * deciſ. 87. lib. 2.

DECISIO III.

FIdeicommiſſarius non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem. & iuxta formam ſtatuti Bonõniẽſis, ſunt citandi hæredes. tamen filius legitimatus non eſt immittendus, ſed reſtituendus ad poſſeſſionem occupatam per alium qui intrauerat. Ita in cauſa Bononienſi de Ferrariis, coram Io. Paulo, 1. Iunij 1545. Licet in præcedenti audientia fuerit dictum contrarium, nõ aduertendo, quod iſte non erat hæres de iure communi. & quod ſtatutum non comprehẽdebat iſtum caſum.

DECISIO IV.

PAter non ſuccedit filio adoptiuo ab inteſtato. Allegatur text. in §. ſed ea omnia. inſt. de hæredum qualit. & differentia. Ita tentum in cauſa * Bononienſi adoptionis, 9. Nouẽbris 1546. contra Guliel. in c. Raynutius. n. 191. pro D. de Spontonibus, contra Hieronymum Catelanum. * deciſ. 493. lib. 2.

DECISIO V.

IN cauſa * Bononiẽſi de Paſiſijs, 15. Februarij 1549. iudicatum fuit pro fideicommiſſo. ex coniecturis, de quibus in conſ. Mariani 158. vol. 2. * deciſ. 244. lib. 3.

DECISIO VI.

ECcleſia non conficiens inuentarium, licet teneatur creditoribus, non tamen legatarijs tenetur vltra vires. iuxta doctrinam Alex. quam ſequuta eſt Rota in l. fin. §. fin. C. de iure delib. & ibi Iacobin. In cauſa * Brixienſi exceſſiuitatis legati, coram Sarnenſi, 24. Nouembris 1542. Et licet eſſent latæ tres ſententiæ, quod Eccleſia teneretur ad legatum, tamen Eccleſia potuit petere quod detraheretur falcidia. quia per hoc non detrahitur ſententijs, ſed dicitur quod ſententiæ non tollunt beneficium iuris. * deciſ. 169. lib. 1.

DECISIO VII.

VIgore clauſulæ codicillaris, filius præteritus cenſetur inſtitutus, & rogatus reſtituere, & ſic grauatus onere fideicommiſſi prout erant grauati alij filij inſtituti. Ita in cauſa * Foroliuienſi hæreditatis de Orſolis, coram Io. Paulo, 27. Februarij 1545. Maxime, quia teſtator ſuperuixit per annũ poſt natiuitatem poſthumi.

* decis. 118. lib. 2.

DECISIO VIII.

LEgatum factum vxori à marito confitente ſe tantum recepiſſe in dotem, & ideo legare, legatum valet pro tanta quantitate quanta relicta fuit vni ex filijs vel filiabus proprijs, habita ratione ad minorem quantatem quam reliquit. vt not. in l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. Ita in cauſa * Fulginatenſi legati, coram Thoma, 13. Aprilis 1543.

* decis. 8. lib. 2.

DECISIO IX.

IN ſubſtitutione facta. ſi deceſſerit ſine liberis, tũc eis ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum. ineſt. vulgaris, * & poteſt quis ſuccedere ſi inſtituti ſint inhabiles. nec ſubintelligitur tunc clauſula. ſi deceſſerint. ſine liberis. Quia ſicut nõ poſſũt referri ad pupillarẽ, cum pupillus non poſſit habere liberos, ita non debent referri ad vulgarem, ſed ad fideicommiſſariam, vt voluntas teſtatoris habeat aliquem effectum. alias venirent venientes ab inteſtato quos teſtator excluſit. nec ſuccederent inſtituti, nec etiam ſubſtituti. Ita in cauſa Parmenſi bonorum de Garimbertis, coram Marſicano, 17. Iunij 1541. Allegatur Dec. conſ. 416. & Curt. in conſ. 33. col. penult.

* vide decis. 151. lib. 3.

DECISIO X.

VErba. volo quod hæreditas & bona diuidantur. ſtant directe, quando non poſſunt importare miniſterium alicuius, quando nullus fuit inſtitutus. Ita in cauſa Placentina caſtri Sarmati, coram Io. Paulo, 16. Maij 1544. inter illos de Scottis. Allegatur Franc. in c. ſi pater. de teſt. lib. 6. & gloſſ. in l. his verbis. de hæred. inſt. & in l. verbis ciuilibus. de vulg. & pupillar.

DECISIO XI.

NEpos præfertur patruo, quando fuit inſtitutus primogenitus, & quicunque maior natu reperiretur inter liberos ſuos ex eo deſcendentes. quia illa verba. ex eo. intelliguntur videlicet ex ipſo primogenito. cum dictio. ex. referatur ad cauſam proximam & immediatam. nam alias eſſet ſuperflua, ſi intelligeretur, ex eo, ſcilicet ex Alberto. Et tanto magis, quia Albertus teſtator, erat communis pater filiorum. vnde iſta pars viſa fuit æquior. & ita tenuit Rota 17. Aprilis 1545. in cauſa Placentina caſtri Sarmati. quod iterum firmauit die 20. Maij. Allegatur poſt multos Aegid. 718. & Nicolaus de Vbaldis relatus in tractat. primogenituræ. q. 25. Et dum ex aduerſo dicitur, quod Bonifacius Octauus iudicauit pro patruo. Reſpondetur, quod ibi eramus in conceſſione Dominica, & ex cauſa, propter ſapientiam Regis Roberti. hic autem erãt verba clara, propter quæ ceſſat ratio Doct. in l. ſi viua matre. vbi dicitur, quod filius non debet eſſe peioris conditionis nepote. Nec obſtat, quod filius in fideicommiſſis non intrat in locũ patris. quia ex diſpoſitione conſtat de contrario. Item, habet locum in ſucceſſione tranſuerſalium. ſecus in ſucceſſione aſcendentium.

DECISIO XII.

INſtituto vno filio legitimato in vniuerſo, poſt inſtitutionem alterius legitimati in quota bonorum, ſi legitimatio iſtius ſecundi non ſit bona, hæc portio accreſcit alteri. etiam quod in inſtitutione dictum ſit, quod plus petere non poſſit. quia videtur ſuccedere ex tacita voluntate teſtatoris, per ius accreſcendi. Ita in cauſa Regienſi bonorum de Corrigia, corã Pighino, 9. Martij 1548. inter Gabrielem, & Nicolaũ de Brunorijs. Allegatur Iaſ. conſ. 222. vol. 2.

DECISIO XIII.

TEſtamentum factum tempore peſtis non valet, niſi ſaltem fuerint præſentes duo teſtes. Ita in cauſa * Romana hæreditatis & bonorum, coram Roſſanenſi, 30. Ianuarij 1548. inter Gaſparẽ & fratres de Mazzocchis, & ſocietatem S. Rocchi. Allegatur Alex. conſ. 76. vol. 3. & not. per Doctor. in l. fin. C. de teſt. Rip. in tract. de peſte. in ſecũda particula ſecundæ part. nu. 8. Barbat. in c. cum omnes. de conſtit. col. 8.

* decis. 97. lib. 3. ſed non loquitur in iſtis terminis. ſed bene decisio 162. lib. 1

DECISIO XIV.

TEſtes non requiruntur, in teſtamento ad pias cauſas, ſed tantum quod ſcriptura mortui teſtatoris ſufficienter recognoſcatur. Barbat. in c. relatũ. de teſt. col. 18. verſ. circa primum. Item allegatur Ruin. conſ. 7. n. 6. vol. 3. Et dicitur non obſtare conſilium Alex. 76. vol. 3. quia loquitur de iure ciuili. Ita in dicta * cauſa, 13. Aprilis 1548. Quomodo autem ſit facienda recognitio, vide ſupra de fid. inſtr.

* vide d. dec. 97. lib. 3.

DECISIO XV.

AGnatus, qui in vẽditione facta per agnatum qui vendiderat bona prohibita alienari,

nari, promiſit releuare indemnem fideiuſſorem præſtitum pro euictione bonorum venditorum, viſus eſt ſibi præiudicare. Ita in cauſa Veliternenſi tenutæ, coram Reomano, 22. Martij 1546. inter Leandrum de Rubeis, & Hectorem de Mutinis. Allegatur not. in l. cum pater. §. liber. ff. de leg. 2. Crot. poſt alios in §. diui. nu. 151.

De Teſtibus.

DECISIO I.

TESTES examinati in iudicio retinendæ, non probant in recuperandæ. quia ſententia lata in vno, non præiudicat in alio. Fel. in c. cauſam quę. de teſt. Ita in cauſa * Auriacenſi paludum, coram Proſpero.

* Deciſ. 332. lib. 2.

DECISIO II.

REnunciatio Abbatiſſatus, facta per Abbatiſſam quæ agebat ſpolio, poteſt probari per teſtes fide dignos. fuit enim probata per Cardinalem Burgenſem, & eius confeſſorem. Ita in cauſa Burgenſi Abbatiſſatus, coram Puteo, 13. Ianuarij 1548.

DECISIO III.

TEſtes antiquitus examinati ad perpetuā rei memoriam, probant. & licet teſtes dicant falſum in circumſtantijs, probant. iuxta not. quó ad hoc, per Iaſ. l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. Ita in cauſa CIVITATIS DVCALIS ſpolij decimarum, coram Puteo, de menſe Iunij 1546.

DECISIO IV.

TEſtes ſingulares ſufficiunt ad probandam confeſſionem * etiam extraiudicialem. cū fama tamen, ad excludendum tamen dolum de iure tertij. &c. vt ſupra de probat.

* Vide deciſ. 118. lib. 2.

DECISIO V.

IVdici atteſtanti de decreto per eum facto in prima inſtantia, creditur. Ita in cauſa * Dolenſi penſionis, coram Puteo, 14. Nouembris 1541. moti per Rot. de teſtib. Ita etiā in cauſa Eugubina præpoſituræ, coram Puteo.

* deciſ. 179. lib. 1.

DECISIO VI.

CAnonici non ſunt integri teſtes ad probādum, collationem ſpectare ad Capitulum, cū pendet cauſa inter prouiſum ab Epiſcopo, & prouiſū à Capitulo. præſertim ad effectū diſcolorandi titulū contra agentem ſpolium. Ita in cauſa Ferrarienſi canonicatus, corā Thoma, 24. Nouembris 1544. inter Alexandrum Ricuda, & Alphonſum Eſtenſem.

DECISIO VII.

LIcet nomen, maſſarius, ſit verbum iuris, vt etiam verbum, procurator, & ſimilia, & teſtes dicentes, vidi maſſarium, vel procuratorem, ita facere, non probent, niſi aliter appareat eos eſſe tales, tamen ſi ipſimet maſſarij deponant ita feciſſe dum eſſent maſſarij, eis creditur. Ita in cauſa * Nurſina confinium, coram Puteo, 24. Martij 1544. Allegatur Salic. in l. 2. in princ. 2. col. C. de vſur.

* deciſ. 122. lib. 2.

DECISIO VIII.

COmmiſſio facta notario de recipiēdo examen teſtium, ſufficit vt notarius etiam poſſit recipere iuramenta ipſorum teſtium. cum alias non valeret receptio. Ita in cauſa * Parmenſi Vallium, coram Puteo, 6. Februarij 1542. Allegatur Claud. in l. 2. de iuriſd. om. iud. contra Bart. ibi. Nota quod notarius cui commiſſum eſt examen teſtiū cum articulis, & interrogatorijs, poteſt etiam addere ex ſe. vt not. Alex. in d. l. 2. & Innoc. in c. cum Bertoldus. de re iud. & gloſ. in verbo. alijs.

* deciſ. 251. lib. 2.

DECISIO IX.

POſt publicationem teſtium, poſſunt examinari teſtes ſuper articulis continentibus idem quod continebant interrogatoria data in examine teſtium inductorum ex aduerſo. Ita in cauſa * Pennenſi Abbatiæ, corā Proſpero, 20. Martij 1545. inter D. Cæſarem de Firmo, & Barengum. per doctr. Fel. in c. cum Io. de fid. inſtr. col. 8. verſ. & ſi diceretur per hoc capitulum.

* deciſ. 251. lib. 2.

DECISIO X.

TEſtes examinati, non dato termino ad dandā interrogatoria, nō probant, ſi præſertim petatur dilatio. Io. Andr. in c. cum cauſam. col. 2. de teſtibus. verſ. & propter hoc: & ibi Butr. & Anchar. col. 2. & Card. col. 1. & Imol. in c. per tuas. de teſtibus. Barbat. conſ. 3. col. pen. vol. 3.

DECISIO XI.

NOtarius, & procurator, qui fuit in cauſa inter Cardinalem Hipporegienſem, & illos de Serlupis, fuerunt examinati, qualiter fuit lata ſententia ſuper, ſi in euidentē, de qua ſententia conſtabat in actis, ſed non apparebat quō die lata foret, quia notarius omiſerat in manuali id ſcribere, & litigabatur inter iſtos de Serlupis & Cardinalem Grimanum ſucceſſorem dicti Cardi-

nalis, fuit tentum, 16.Ianuarij 1545.coram Fabio, quod adhiberetur eis fides. Sed fuit dubitatum, an eſſet adhibenda fides iudici, qui etiam fuerat examinatus. Et dum dicebatur quod acta non erant probãda per teſtes. Reſpondetur, quod conſtabat de ſententia, ſed negabatur eum latam. & ideo ſuper hoc erat ſtandum teſtibus. cum ſcriptum nõ ſit de ſubſtantia probationis. Abb. & Fel. in c.ſicut.de re iud. verſ.octaua & vltima declaratio. Fuit poſtea 23. Ianuarij tentum, quod ſaltem pluſquam ſemiplene probarent.

DECISIO XII.

POſt publicationem etiam teſtes examinãtur ex officio, quando ſunt perſonæ honeſtæ. iuxta terminos c.cum clamor. de teſtib. prout etiam dicit Fel. in c.fraternitati. eodem tit. Ita in cauſa * Rhodiẽſi linorum, coram Puteo, 30.Ianuarij 1545.

* decis. 214. lib. 2.

DECISIO XIII.

EXamen teſtium eſt nullum, quando teſtes non ſunt examinati ſuper omnibus interrogatorijs. Curt. in tract. teſt. concl. 53.

DECISIO XIV.

TEſtes examinati ad probandas exceptiones, nõ proſunt ſi ego volo eis vti principaliter agendo, etiam inter eaſdem perſonas. Ita in cauſa * Spoletana decurſus aquarum, coram Raynaldo, 10.Decembris 1540. Fuerunt enim examinati teſtes pro Archangelo, contra Cherubinum, ad docẽdum, quod Archangelus prius poſſidebat ad excludendum Cherubinum, qui tanquam vltimo ſpoliatus agebat ſpolio. poſtea Archãgelus, purgato vltimo ſpolio, agebat petendo ſe reſtitui. & volebat vti dictis teſtibus. Allegatur pro deciſione iſta, gl. in c.cũ dilectus. de ord. cogn. in verbo. exceptione, verſ. ſed quid ſi. & ibi Abb. col. 9. verſ. ſed quæro. vbi dicit communem, quidquid dicat Bar. in l.2.C. de eden. Contrarium tenet ibi Dec. nu. 62. verſ. ſed aduertendum.

* Vide decis. 54. lib. 1.

DECISIO XV.

QVando non expectatur totum tempus reprobatorium, & clauditur rotulus, probationes dicuntur imperfectæ, & non nullæ. & datur nouus terminus ad reprobandum. vt tentum fuit in cauſa Toletana decimarum, corã Puteo, inter Rectorẽ de Spartinas, & Rectorem Compugiolas, 5.Iulij 1540.

DECISIO XVI.

NOtario non creditur ad augendam fidẽ inſtrumenti de eo rogato. Franc. in c.fin. col. pen. verſ. quid de notario. de teſtibus. in 6. & Fel. in c.cum Ioannes. col. 5. verſ. quarta declaratio. de fid. inſtr. Ita in cauſa * Toletana parochialis S. Ioannis de Ocagna, coram Maceratenſi, inter Rodericum de la Camera, & Franciſcũ Ortiz, 22.Iunij 1541.

* Vide decis. 26. lib. 2.

DECISIO XVII.

TEſtes dicentes, quod ſi Eccleſia eſt in aliquo territorio, totum territorium dicitur eſſe ſub illa, dicuntur vere probare, non iuris præſumptione. Ita in cauſa Toletana decimarũ, corã Puteo, de mẽſe Martij 1544.

De Tranſactionibus.

DECISIO I.

LICET in contractu vltro citroque obligatorio, quis agere non poſſit niſi obſeruauerit ex parte ſua. vt in l.Iulianus. §. offerri. de act. empt. tamen alter non poteſt contrauenire, ſed debet agere ad implementũ. l.dum lege. §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana, obſeruationis concordiæ, coram Mohedano, 16. Octobris 1542.

* decis. 332. lib. 1.

DECISIO II.

POſt concordiam factam, ſaluo beneplacito ſedis Apoſtolicæ, ſuper beneficio, & ante confirmationem, eſt locus pœnitentiæ. Allegatur Abb. & Card. in c. ſuper eo. de condit. appoſ. Card. conſ. 57. Gozz. ad. conſ. 269. col. 4. Sed tamen dictum fuit, quod volens recedere, tenetur reſtituere quod recepit. Ita in dicta cauſa * 23. Octobris 1542. In contrarium allegatur Afflict. in 3. lib. cõſtit. col. 14. in verbo conſtitutionem. Sed ibi in contractu licito, hic in illicito. ideo Papa in confirmatione, ſciẽs quod partes potuerunt recedere, ſemper addit, & ad ſupplicationem vtriuſque partis.

* decis. 343. lib. 1.

DECISIO III.

CAſus inſolitus non comprehenditur, licet quis promiſerit aptare murum, & manutenere ſuo riſico, periculo, & fortuna, ſi maxima inundatione fluminis murus decidit. vt in cauſa * Nurſina lacus, 4. Martij 1547. coram Rauellenſi, inter Communitatem, & magiſtrum Colam. Allegatur Rip. in tract. de peſte. num. 73. Cagn. in l. contractus. de reg. iur.

* decis. 19. lib. 3.

DE-

DECISIO IV.

TRanſactio valet facta à minore cum decreto iudicis. licet non dicatur, quod cũ cauſæ cognitione. & in fine inſtrumenti nõ dicatur, quibus omnibus dictus iudex auctoritatem ſuam interpoſuit. & non obſtante quod factum fuerit die feriata. Ita in cauſa * Peruſina hæreditatis, coram Io. Paulo, 6. Nouembris 1542. Allegatur Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. col. fin. ff. de acquir. hæred. Et quod non requiratur cauſæ cognitio, not. Alberic. & Paul. de Caſt. in l. actus. C. de ferijs.

* decif. 354 lib. 1.

DECISIO V.

CVm vnus promittit ratificari facere infra 8. dies, & alter ex altera parte promiſit de rato ſine adiectione tẽporis. & primus non obſeruaſſet infra 8. dies, licet ſecundum vnã opinionem multorum Doctorũ, ille qui promiſit ſine adiectione tẽporis, teneatur quam ptimum poteſt, etiam ſine interpellatione; tamen ille qui promiſit infra 8. dies, dicitur prius in mora. quia illud. quamprimum poteſt. intelligitur arbitrio iudicis. qui non debet arbitrari minus decem diebus. per gloſſ. in l. quod dicimus. ff. de ſol. Ita in cauſa Romana ſeu Sabinenſi caſtrorum, 23. Maij 1541. coram Marſicano, inter Commendatarium Vrſinum, & D. Octauium de Vrſinis. Allegatur Purpur. in l. quod te. ff. ſi cert. pet. & ibi Doct.

DECISIO VI.

SEd poſtea in eadem cauſa, 3. Iunij 1541. fuit per maiorem partem tentum, quod doctrina Bart. in l. ſi cui. de leg. 1. haberet locum, & non inciperet currere terminus octo dierum antequam impleretur pro parte commendatarij Vrſini: & ſic contra primam reſolutionem, de qua ſupra. Et allegatur etiam Bald. in c. 1. qualit. dom. feud. prop. priui. col. 2. in vſib. feud. Vbi dicit, quod niſi pœnam petens, liquide probet ex parte ſua obſeruaſſe, debet repelli. pro quo facit text. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. Et hoc procedit etiam ſtante iuramento. vt per Imol. conſ. 81. & Marſil. ſing. 42. Item, die 17. Iunij fuit iterum tentum, quod eſſemus in caſu doctrinæ Bar. in d. l. ſi cui. Et iterum, 16. Nouembris 1541. idem tenuerunt.

DECISIO VII.

IN contractu nominationis, non requiruntur ſolemnitates ſtatuti de donation. Ita in cauſa Romana hoſpitij duorum Gallorũ, coram Maceratenſi, 10. Iunij 1541. inter Io. Antonium de Segnitijs, & Iacobum Lucatellum. Allegatur Alex. conſ. 168. alias 26. viſo, & conſiderato themate. col. fin. vol. 2. Dec. 669. col. 1. Et maxime hoc procedit ſtãte iuramento. vt per Alex. conſ. 27. col. 3. vol. 1. vbi dicit communem opinionem, quod iuramentũ ſupplet ſolemnitates. pro vt dicitur de inſinuatione per Dec. qui dicit communem in conſ. 432. col. 2. & conſ. 488. col. 2. & 538. col. pen.

DECISIO VIII.

SOcietas durat etiam poſt diſdictam. vt inclinarunt Domini in cauſa * Romana ſocietatis 300. coram Puteo, 5. Decembris 1547. inter Hieronymum de Albericis, & hæredes Ioannis Nereti. Nec placuit Rotæ, quod quindecim dies, eſſent dati miſerationis cauſa. Ex aduerſo autem allegatur, quod ſocietas diſſoluitur per renunciationem. ſecundum Bart. conſ. 96. Aret. in inſt. de interd. §. retinendæ. Imol. in c. fin. de præbend. Dec. in l. in omnibus. de reg. iur.

* Decif. 68. lib. 3.

DECISIO IX.

DIſpoſitio l. ſi quis maior. de tranſact. habet locum in maiore, non in minore, iurante. Ita in cauſa * Romana hæreditatis, coram Roſſanenſi, 14. Maij 1548. inter Lucretiam de Caſtellanis, & filios & hæredes Petri Pauli de Caſtellanis. Allegatur Bar. & Bald. & Curt. Iun. in l. requiſito. Et dicebatur etiam requiri dolum. vt ibi per Alex. Lancell. & Curt. nu. 16. Guid. Papæ conſ. 31. nu. 24. & quod ceſſat dolus quando à principio quis obtinet abſolutionem. vt voluit ibi Bald. 2. not. & Cur. Sen. num. 24. Et iſtud procedit etiam, ſi iurauit non impetrare. vt per Card. conſ. 22. & Felin. in c. cæterum. de reſcript. & Iaſ. ibi nu. 7. Et dicebatur etiam quod altera pars non impediuit. Allegatur Corn. notabiliter, in conſ. 246. num. 5. & Alex. conſ. 105. vol. 3. In contrarium tamen, quod immo procedat in minore pubere, allegatur Guid. Papæ d. conſ. 31. Petr. & Cin. ac Barb. in d. l. Alex. conſ. 122. vol. 2. col. 1. Curt. in conſ. 53. Pariſ. conſ. 99. vol. 1.

* decif. 122. lib. 3.

DECISIO X.

REnunciatio filiæ de hæreditate paterna, ſtantibus fratribus maſculis, non tenet ſi fratres poſtea moriantur. Ita in cauſa Vercellenſi bonorum, 30. Maij 1540. inter Thomam, & Ioannem de Aduocatis. Allegatur Rot. dec. 4. de pact. in ant. & Curt. Iun. conſ. 16. & 101. & Bald. in l. pactum. col. 2. in 4. quæſtion. de collat.

DECISIO XI.

MOra non poteſt purgari, quando cõtra-ctus reſoluitur ex diſpoſitione hominis. & quando eſt factum pactum, quod ſi non detur cautio infra menſem, contractus habeatur pro non facto. Ita in cauſa * Viterbienſi pecuniaria, coram Auguſtino, 22. Nouembris 1547. inter hæredes de Boninſegnis, & Laurentium Ghiſium. Allegatur Grat.conſ.93.nu.61. Gozzad.conſ.87. Pariſ.cõſ.19.vol.2.Alex.in l.ſi inſulam.col.13. de verbor.obligat. Bal.in l.1. C. de his quæ pœn.nom.Rom.conſ.427.Neap.177.Ex aduerſo autem dicebatur, hoc non habere locum ſtante iuramento, & quia ius partis nõ erat factum deterius. Allegatur Abb. in c.dilectus.col.3.de fid.inſtr. Felin.in c. licet cauſam.de probat.col.11.& Card.conſ.23. Rot.deciſ.165.& 101.in nou.Et contra cõſ. Corn.allegatur Ruin.conſ.133.in fin.vol1.

* deciſ. 66.lib.3.

De Vnionibus.

DECISIO I.

LICET Epiſcopus poſſit vnire, & ſupprimere. vt in c.ſicut.de exceſſ. prælat. & 16.q.1. c. præcipimus. tamen Dec.cõſ.173. dicit, quod intelligitur data recompenſa. Fuit nihilominus tẽtum, quod Vicarius non poteſt ſine ſpeciali mandato. quod non præſumitur, etiam ex temporis antiquitate, etiam ſi ſit enunciatum in genere. Ita in cauſa * Calaguritana beneficij de Pobes, coram Rauellenſi, 21. Octobris 1547.

* deciſ. 53. lib.3.

DECISIO II.

LIcet, capta poſſeſſione beneficii vniti, res amplius non videatur integra. iuxt.conſ. Barbat.13.in 3.vol.& ſecundum conſuetudinem patrisfamilias, in reuocatione ſemper dicatur ſi non ſint ſortitæ effectum; tamen maior pars Dominorũ inclinauit, quod reuocatoria Leonis, reuocauit omnes vniones etiã effectum ſortitas. Dixerunt tamẽ, quod reuocatio Sixti loquebatur de vnionibus factis perſonis, non de factis collegijs. Ita in cauſa Capuana S. Antonij, 14. Iunij 1547.

DECISIO III.

QVia fuerat reſolutum in cauſa Conchenſi medietatis fructuum, coram Roſſanẽſi, quod regula reuocatoria vnionum, non comprehendebat ea quę facta erant ex cauſa neceſſaria, & ad pios vſus, fuit reſolutum, 12. Octobris 1547. quod, ex quo iſti fructus erant aſſignati pro dote collegij 24. ſcholarium, quod eſſet dos neceſſaria, & pia cauſa. Facit c.nemo.de conſecr. diſt.1.

DECISIO IV.

DIſſolutioni vnionis quis videtur conſentire, reſignando beneficium quod ſciebat eſſe vnitum. ſed hic erat facta mentio in clauſulis, licet conſenſus eſſet ſimplex de reſignatione, & per cedulam Cardinalis. Ita in cauſa * Maioricenſi canonicatus, coram Thoma, 9. Aprilis 1546. Et deinde in eadem, coram Sancta Cruce, 19. Ianuarij 1547.

* deciſ. 391. lib.2.

DECISIO V.

VNiones commendarum S. Ioannis Hieroſolymitani, cenſentur reuocatæ per regulam reuocatoriam vnionum. vt ſupra in dicta regula.

DECISIO VI.

MEntio non eſt faciẽda de alia parochiali vnita, in diſpenſatione ad tertiam parochialem. & ita eſt de ſtylo. vt in cauſa * Portugallenſi parochialium certo modo, coram Sarnenſi, 18. Ianuarij 1542. inter Petrum Velaſci, & Velaſcum Melendez. Itẽ in * eadem, 27. Ianuarij tentum eſt, quod etiam ſi eſſent plures vnitæ ad vitã, & concederetur alia parochialis ad vitam, non eſt facienda noua mentio.

* deciſ. 240. lib.1.

* d.dec. 240.in fin.

DECISIO VII.

STante vnione duorum beneficiorum exiſtẽtium in duabus diœceſibus, illis vacãtibus requiritur cõſenſus Epiſcopi, in cuius diœceſi exiſtit beneficiũ cui erat aliud vnitum, ſi vnio nõ erat facta ad inuicem. vt in cauſa * Vrbinatenſi Foroſempronienſi, coram Thoma, inter Cardinalem Ardinghellum, & Nicolutium. Allegatur Vbald. in tractat. vnion.c.10.& Felin.in c.dilecta.il 2. col.4. de reſcript.

* deciſ. 441.lib.2.

DECISIO VIII.

VNio, etiam de ſimplici beneficio ad parochialem, non probatur niſi per tempus immemorabile. quidquid dicat Fel. in c.in noſtra.de reſcript.in princ. Ita in cauſa * Segobienſi portionis, coram Puteo, 13. Ianuarij 1542. inter Alphonſum Diaz, & Ioannem Gomeſium. In contrarium allegatur etiam Caſſan.cõſ.10. Sed dictum fuit, ipſum, ac Fel. loqui quo ad acquirendum poſſeſſionem & ſtatum.

* deciſ. 232. lib.1.

De

De Vſuris.

DECISIO I.

VSVRA non eſt, ſi maritus grauet vxorem non petere dotem durante vita eius, ſed poſt obitum. & iubeat ab hæredibus ſuis dari quinque pro centenario. Ita in cauſa * Placentina legati, coram Sarnenſi, 4. Aprilis 1541. inter Cæſarem & Euãgeliſtam de Peſauris, & Luciam de Vſiuella. Allegatur Soc. in l. 2. col. pen. ad fin. de his quæ pœn. nom. Purp. in l. ſi quis. col. 2. ff. ſi cert. pet. Soc. conſ. 56. 3. vol. In contrarium allegatur Aret. conſ. 152. & not. per Io. And. in c. ſalubriter. de vſuris. Iaſ. in l. cunctos pop. C. de ſum. Trin.

* deciſ. 101. lib. 2.

DECISIO II.

STatutum ſuper fructibus dotis promiſſæ, non habet locum niſi viuente vxore. Ideo ea mortua, non poteſt maritus petere fructus promiſſos. niſi ſit datum pignus, quod ſubiaceat diuino iudicio.

DECISIO III.

AD hoc vt mercator petere poſſit lucrum ceſſans, tenetur probare quod habebat merces paratas ad emendum. & quod ob defectum pecuniarum, omiſit illas emere. Ita in cauſa * Sueſſana pecuniaria, inter hæredes Auſalæ de Grimaldis, & Petrum Sarmiento, coram Marſicano 13. Ianuarij 1542. Allegatur pro deciſione, l. quemadmodum. ſ. item Labeo. ff. ad l. aquil. Paulus de Caſtro in l. non vtique. ſ. nunc de officio. numer. 2. verſ. in gloſſ. ſequ. ff. de eo quod cer. loc. & ibi Iaſon column. vlt. & idem Iaſon in l. nummis. ff. de in lit. iurãdo. Bart. in l. vnic. column. 7. C. de ſent. quæ pro eo. & ibi Tapia. Dec. conſ. 322. Io. Andr. Alex. conſ. 20. & deciſ. Neap. 19. & 20. Pariſ. in c. cum venerabilis. de except. Iterum die 22. Iunij 1545. idem fuit firmatum, coram Io. Paulo & 27. Ianuar. 1547. coram Ptolomeo.

* deciſ. 231. lib. 1.

Vt lite pendente, & de attentatis.

DECISIO I.

ATTENTATA dicuntur geſta poſt inhibitionẽ, emanatam virtute commiſſionis appellationis à tertia ſententia. erant enim latæ duæ in partibus, & tertia in Curia. & fuit appellatum, ac datus terminus iuris. & cauſa appellationis commiſſa. & inhibitum. & hoc non obſtante, fuit proceſſum ad exequutionem trium ſententiarum. & Rota dixit exequutionem attentatam. in cauſa * Brixienſi matrimonij coram Thoma 19. Februarij 1546. Facit dec. 11. in no. Fel. in c. dilectus, il 2. de reſcr. col. fin. gloſſ. in c. ſi eo tempore. de elect. lib. 6. facit deciſ. 307. in antiq. Non obſtat conſ. Pariſ. 188. qui plura adducit contra. & Aegid. 239. Et adducebatur etiam dicta deciſio 11. vbi dicitur, quod in caſibus prohibitis non eſt inhibendum. & deciſ. 280. & 386. Et allegatur quod debet fieri mentio de re iudicata alias reſcriptum nullum eſt. Iaſ. in l. cauſas C. de tranſact. Dec. & Fel. in c. ſuper litteris. de reſcr. & quod reſcriptum dicebatur auocatorium. Abb. in c. paſtoralis. ſ. præterea. de appell.

* deciſ. 385. lib. 2.

DECISIO II.

LIs non dicitur ſi opponens ſe contra filiũ patrimonialem, inſtet quod non fiat inſtitutio per Epiſcopum, ſed quod remittat ad eius officialem. Ita in cauſa Calaguritana canonicatus de Tignino, coram Rauelenſi, 28. Ianuarij 1547.

DECISIO III.

VIrtute clauſulæ. quod litteræ in forma gratioſæ ſubrogationis expediri poſſint, non cenſetur inducta ſubrogatio antequam litteræ ſint expeditæ. quia illa verba dant poteſtatem expediendi litteras. & ante expeditionem non eſt inducta ſubrogatio. Ita in cauſa Calaguritana Archidiaconatus, coram Fabio, 16. Februarij 1543. Tamen poſtea in eadem cauſa, 23. Februarij 1543. tentum fuit, inductam eſſe ſubrogationem ex quo Martinus Ximenes, virtute illius ſupplicationis ingreſſus fuerat poſſeſſionẽ quod facere nequierat ſine gratioſa ſubrogatione. quæ virtualiter erat conceſſa, ex quo Papa mandauerat litteras expediri ſuper illa.

DECISIO IV.

LAta ſententia contra poſſeſſorem, quæ tranſiuit in rem iudicatam, licet lis videatur extincta, tamen dixerunt Domini quod remanet talis lis, quod poſſeſſor non poteſt reſignare in manibus Nuntij, vel Ordinarij. Ita in cauſa * Calaguritana Eremitorij, coram Aquenſi 16. Octobris 1545. Ponderabatur Sarnenſis qu. 44. de annal. Et ex aduerſo, q. 14. de ſubrog.

* deciſ. 102. lib. 2.

DE-

DECISIO V.

* Vide decis. 515. lib. 2.

ATtentata * per patrem non habentem mandatum, ſunt reuocanda, ſi filius ſtatim quod illa ſciuit, illis non renunciauit, ſed litem ſuſtinuit. vt per Aegid. 551. Oldrad. conſ. 199. col. 2. Ita in cauſa Cæſarauguſtana Archipresbyteratus, corã Sarnenſi, 16. Februarij 1544.

DECISIO VI.

DEſerta appellatione quis non attentat. &c. vt ſupra de appellat. deciſ. 2.

DECISIO VII.

LIcet per commiſſionem cauſæ, & decretum citationis, inducatur lis quo ad actorem. iuxta deciſ. 6. vt lit. pend. in nou. Caſſad. 6. ſuper reg. tamen cum fuerit cauſa commiſſa contra Petrum Duennas, & omnes intruſos & intrudendos, nec vnquam fuerit proceſſum contra ipſum, ſed contra Petrum Valeriũ vere intruſum, & Valerius iſte, dimiſſa poſſeſſione actori, poſt tres annos vellet de nouo agere, & daretur de regula de triennali, & Valerius daret de lite quæ durabat inter actorem & dictum Petrum Duennas. Fuit reſolutum, quod illa commiſſio contra Petrum, non inducebat litem inter eos. quia in veritate Petrus nullum ius habebat. & licet eſſet in curia, nunquam fuit citatus. & intentio actoris fuit committere cauſam contra intruſum. & ideo illa falſa demonſtratio non debuit nocere. Ita in cauſa * Cæſarauguſtana de los Ciſenos, coram Thanis, 20. Nouembris 1545.

* deciſ. 33. lib. 2.

DECISIO VIII.

LIs dicitur habita pro derelicta, ex quo nõ fuit proſequuta per 37. annos. non obſtante quod ille qui habebat ius, ceſſerit in vnum, qui poſtea ceſſit in alium. etiã ſciente poſſeſſore, & conſentiente reſeruationi cuiuſdam penſionis. Licet propter conſenſũ dictæ penſioni præſtitum, Domini noluerint expreſſe reſoluere, litem cenſeri derelictam quo ad omnes effectus, ſed tantum ad effectum, quo ſucceſſor poſſeſſoris non teneretur iuſtificare titulum anteceſſoris. iuxt. alleg. Lap. 89. Ita in cauſa * Compoſtellana canonicatus, coram Peregrino, 28. Martij 1547.

* deciſ. vlt. lib. 2.

DECISIO IX.

POſt monitorium A. C. etiam data iuriſdictione ſua, de non moleſtando aliquem in ſua poſſeſſione ſub cenſuris, ſi quis ſpoliet aduerſarium, non dicitur attentare. cum monitorium ſapiat quandam comminationem tantum, non inhibitionem. niſi fieret per viam inhibitionis, ad quod ſemper aduerte. ſed bene poſſeſſor debet reſtitui via ordinaria ſpolij. Ita in cauſa Cuſentina ſpolij parochialis S. Petri, coram Peregrino, 2. Martij 1545. inter Ioannem Andream de Palatio, & Petrum Antonium Rizzolum. Allegatur gl. in c. vnic. de ſagit. & in c. 2. de ſimon. & Abb. & Dec. in c. 1. de loc. Bald. in l. 1. §. 1. col. fin. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.

DECISIO X.

LIcet in commiſſione ſit clauſula. quatenus cauſa non ſit inſtructa. ſi tempore exequutionis citationis, & inhibitionis exequutæ in partibus, cauſa reperiebatur inſtructa, iudex non obſtante inhibitione procedere nõ debuit. cum ſatisfuerit, tempore impetratæ & præſentatæ commiſſionis, cauſam non fuiſſe inſtructam. Ita in cauſa Elnenſi beneficij S. Catherinæ, coram Auguſtino, 18. Martij 1547. Allegatur Dec. 20. 67. & etiam Gem. conſ. 47.

DECISIO XI.

LIs finita per ſententias exequutioni non demandatas, non impedit alienationem fieri. & dicitur finita quo ad actorem, licet non impediatur curſus præſcriptionis. quia ex quo perijt inſtantia culpa poſſeſſoris negligentis, ſibi non debet ſuffragari. Ita in cauſa Florentina pecunaria, coram Proſpero, 10. Ianuarij 1547. Allegatur Felin. in c. cauſam quæ. il 1. col. fin. de teſt. gloſſ. in l. 1. C. de præſcript. long. temp. in verbo. longi. Bart. in l. 1. ff. de litig. Iaſ. in l. 2. C. de eden.

DECISIO XII.

LIs dicitur extincta adeo vt ordinarius poſſit prouidere ſi ille qui impetrauit, poſt annum non ſeruauit ſecundam partem regulæ. cum regula inficiat ſententiam. Ita in cauſa * Gebennenſi parochialis Serauallis, coram Puteo, 25. Octobris 1540. inter Claudium Chiaranzonai, & Iacobum Sabaudum.

* deciſ. 25. lib. 2.

DECISIO XIII.

INhibendũ eſt ſtatim, etiãſi commiſſio dicat. conſtito, quod penſio ſit conditionalis. & præfixo termino ad verificandam purificationem conditionis. & inhibitio huiuſmodi afficit de rigore. quidquid dicat Pariſ. conſ. 36. vol. 1. & Dec. conſ. 33. Ita in cauſa Giennenſi penſionis & attentatorum, corã Proſpero,

ſpero, 13. Iunij 1546. Sed tamen dictum fuit, quod ſi conſtaret de adimplemento conditionis in actis, non reuocarentur attentata. ne vna manu fieret reſtitutio pecuniarum, & alia cogeretur ad ſolutionem.

DECISIO XIV.

ATtentata, ſtante lite introducta per commiſſionem, litteris non expeditis, etiam inhibitione exequuta, non veniunt reuocanda. ex quo iuriſdictio erat data ſub conditione. qua deficiente non erat iuriſdictio, & ſic per conſequens lis non attentata. Ita in cauſa * Hipporegienſi miniſtratus, coram Thoma, 30. Aprilis 1545. Ex aduerſo autē dicebatur, commiſſionem non eſſe conditionalem, ſed reſolubilem. & ideo, quod interim operabatur effectum ſuum, & iudex habebat iuriſdictionem, licet elidibilem. Sed replicabatur, quod clauſula, quod interim non ſit vera lis, erat illa quæ faciebat conditionem.

* decif. 260. lib. 2.

DECISIO XV.

VT lis cenſeatur derelicta * requiritur decennium, & quod conſtet de non iure. Ita in cauſa Hiſpalenſi canonicatus, coram Graſſis, 1. Februarij 1549. pro Canonico Canarienſi, contra Ioannem de Vurcai.

* Vide decif 235. lib. 3.

DECISIO XVI.

LIs nō dicitur de nouo introducta ſuper beneficio, ſi poſt rem iudicatam obtineo cōmiſſionem reſtitutionis in integrum, cum clauſula parito iudicato, niſi prius paritū ſit. Ita in cauſa * Hiſpalenſi dimidiæ portionis, coram Puteo, 5. Maij 1548.

* decif. 419. lib. 1.

DECISIO XVII.

LItis pendentia inducta cēſetur ſi poſt exequutoriales ſit appellatum ab illis, & cōmiſſa cauſa appellationis nullitatis, & iniuſtitiæ, tam exequutorialium quam ſententiæ, & totius proceſſus. Ita in cauſa Hiſpalenſi canonicatus de Perez, 3. Martij. 1544. coram Proſpero, inter Lazarum Garſiam, & Sancium Epiſcopum.

DECISIO XVIII.

INhibitio emanata virtute commiſſionis appellationis à diffinitiua ſeu vim diffinitiuæ habentis, quando proceſſum fuerat ad declarationem virtute obligationis in forma Cameræ, fuit habita pro calūnioſa, & quod non afficeret. Ita in cauſa * Lucana terrarum, coram Puteo, 7. Octobris 1545.

* decif. 296. lib. 2.

DECISIO XIX.

POſſeſſio capta lite pendente, cenſetur bona, ſtante breui ſine vitio ſpolij & attentatorum, licet capta non appareat virtute talis breuis. cum quis videatur mutare cauſam poſſeſſionis ſuperueniente breui, & titulo valido, ſi hodie breui vtebatur. Sicut dicitur de tenuta nulliter data, & inualida, quod poteſt confirmari, ita iſta poſſeſſio vigore breuis poteſt ſuſtineri. Allegatur Soc. in l. 3. §. ex pluribus. de acquir. poſſeſſ. & conſ. 131. col. 2. Ita in cauſa Maioricenſi canonicatus, coram Thoma, 16. Ianuarij 1545. inter Ioannem Fuir, & Archidiaconum de Villa longa.

DECISIO XX.

COmmiſſa cauſa ſuper negotio principali contra aliquem citatum per audientiam contradictarum, ſi poſtea attentari contingat, & actor committat cauſam attentatorum, poteſt procedi per audientiam contradictarum, etiam non citata parte de nouo. Ita in cauſa nullius, ſpolij & attentatorum, coram Sarnenſi, 8. Iunij 1541. pro Congregatione Caſſinenſi, contra monaſterium Alamenorum. Allegatur Roc. 115. & 134. Fel. in c. ex parte. col. 6. verſ. addatis multa. de reſcript. Franc. in c. ex ratione. de appell. col. 19. Aret. cōſ. 83. col. 2. verſ. quarto quia. Nec obſtat, quod fuerit ſpecialiter commiſſa cauſa attentatorum, quia facta fuit ad cautelam.

DECISIO XXI.

LIs fuit habita pro derelicta ex lapſu 19. annorū ad effectū vt patroni poſſent præſentare, cōcurrente coniectura quod occurrēte vacatione petijt ſe præſentari à certis prætenſis patronis. non obſtante etiā, quod poſt ſex annos conſtituiſſet certos procuratores ad proſequendum, qui non acceptauerant. quia per illum actum non conſtabat de proſequutione litis huiuſmodi ne eā proſequi vellet. Ita in cauſa Placentina capellaniæ, coram Proſpero, 14. Nouembris 1547. inter Didacum de Veſga, & Bartholomæum Gallego.

DECISIO XXII.

ATtentata excuſantur, etiam ſi non appareat de intimatione exequutorialium, ſed poſt captam poſſeſſionem tranſierunt viginti anni. quia tunc præſumitur illum conſenſiſſe. cum etiam lis habeatur pro derelicta per decennium. & quia conſtat de non iure petentis. Ita 28. Martij 1547. in

In cauſa parochialis de Artedo, coram Reomano.

DECISIO XXIII.

LIs extinguitur etiam per ceſſionem factã coram notario Cameræ, abſente iudice & parte: vt ſupra de renunc.

DECISIO XXIV.

LIs cenſetur derelicta, quando quis non proſequitur cauſas appellationis, & nullitatis commiſſionis, & permittit labi fatalia. præſertim ad effectum vt ille, qui obtinebat portionem, ſuper qua prius litigabatur, poſſet tanquam portionarius antiquior capere canonicatum. vt in cauſa Salamantina portionis, coram Puteo, 1. Aprilis 1549.

DECISIO XXV.

INhibitio obtenta per aſſertum procuratorem cum promiſſione de rato, afficit. vt in cauſa * Taruiſina penſionis, coram Peregrino, inter Cardinalem Piſanum, & Camillum de Rubeis, 18. Iunij 1548. Allegatur etiam alias reſolutũ in cauſa Datiarũ caſtri Caſtalij, pro Tamella, contra Marcum Antonium Raucella, quod inhibitio afficiebat, emanata à iudice carente iuriſdictione, antequam ſit certum eum non habere iuriſdictionem. argumento text. in l. inter quos. §. ſi aliena. ff. de dam. infect. Iaſ. in l. licet. col. 2. verſ. fallit niſi procurator. C. de proc. datur enim inhibitio per commiſſionem obtentam à procuratore non habente mandatum. Rot. 430. Felin. in rubr. de reſcript. col. 3. Rebuff. 788. Item, ex quo procurator fuit admiſſus cum promiſſione de rato, tenent geſta ab eo, vt not. Bald. in d. §. ſi aliena, & Iaſ. vbi ſupra. Et ſufficit ſequutam fuiſſe ratificationem ante ſententiam, vt per Bart. & Iaſ. in d. l. licet. col. 4.

* decis. 341. lib. 3.

verſ. regula & exceptio. Facit deciſ. Aegid. 29. Vide Aegid. 592.

DECISIO XXVI.

ILle qui attentando ingreſſus fuit poſſeſſionem, non debet reſtitui ſi poſtea ab alio ſpoliatus petat ſe redintegrari ad priſtinam poſſeſſionem, ſi ille tertius qui eum ſpoliauit, non erat in lite. ſed conſtito de ſpolio, poſſeſſio eſt ſequeſtranda. vt in cauſa Taruiſina manſionariæ, coram Thanis, 28. Aprilis 1544. inter Iuſtinianum de Iuſtinianis, & Auguſtinum Verium.

DECISIO XXVII.

ATtentata non dicitur, poſſeſſio capta virtute litterarum mandantium imponi in poſſeſſionem appellatione remota, etiam quod fuerit appellatum. ſed ex quo appellatio non ſuſpendit, agendum eſt via ordinaria. vt in cauſa Tiraſonenſi erectionis, coram Thoma, 15. Decembris 1544. Vide text. in c. conſtitutus. il 2. de appell.

DECISIO XXVIII.

LIs fuit habita pro derelicta, in cauſa * Zamorenſi parochialis de Villador, coram Graſſis, 29. Martij 1549. inter Thomam Scogido, & Bartholomæum Gallego. quia cum Antonius Pallezuela commiſerat cauſam contra Franciſcum nominando eum Thomam. licet poſt obitum Antonij fuerit detectum, quod fuerat exequuta diu ante, citatio generalis contra ipſum Thomam. Ex quo enim Antonius nihil fecit vnquam cõtra Thomam, nec reproduxit talem exequutionem, & lapſum erat decennium, vel circa, cum deficerent tantum 10. dies, & nõ conſtaret de aliquo iure Antonij in actis, Dixerunt Domini locum eſſe deciſ. Biſign. 2. de rer. permut. Allegatur deciſ. Caſſad. 5. vt lit. penden. & 7. de dolo. cum alijs.

* decis. 235. lib. 3.

LAVS DEO.

REGESTVM.

† a b c d e f g h i k Omnes ſunt duerniones, præter † & k, qui ſunt terniones.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt
Vu Xx Yy Zz.

Aaa Abb Ccc Ddd Eee Fff

Omnes ſunt terniones, præter Q, & Fff, qui ſunt duerniones.

† *a b c d e f g h i* Omnes ſunt terniones præter † duernio.

R O M AE. M DC XII.
Ex Typographia Reuer. Cameræ Apoſtolicæ.